UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm Ecclesiasticorvm Specvlvm

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

Libri quarti capitum argumenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63733

Visual Library

# SPECVLI CANONICORV[M]
## ET ALIORVM ECCLESI[A]STICORVM, DE VITA, ET [HO]NESTATE, QVAM IPSI NIMIA cupiditate, & ambitione deturpant, & ... lædunt.

## LIBER QVARTVS.

*Auaritiam, & cupiditatem clericis fugiendam ...*

### CAPVT PRIMVM.

INter vitia quibus clericorum ...
non modo obſcuratur, & læditur, ...
etiam planè extinguitur, non infimum ...
cum occupat auaritia. Auaro enim, ...
a *Eccleſ.* 10. *ca.* Sapiens inquit [a], nihil eſt ſceleſtius ...
nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam ...
Hic enim & animam ſuam venalem habet, quoniam ...
b *Lucæ* 12. *cap.* in vita ſua proiecit intima ſua. Itaque Chriſtus [b] ...
dete, inquit, & cauete ab omni auaritia; quia non ...
bundantia cuiuſquam vita eius eſt ex his, quæ poſſidet ...
c *Ad Colloſſ.* 3. *cap.* Et D. Paulus [c]: Mortificate membra veſtra, quæ ...
ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem ...
concupiſcentiam malam, & auaritiam (quæ eſt ...
lachrorum ſeruitus) propter quæ venit ira Dei ſuper ...
lios incredulitatis. Hoc enim ſcitote, intelligentes ...
quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus ...
(quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem ...
in Chriſto, & regno Dei. Nemo vos ſeducat ina...
verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios ...
de...

dentur[a]. Adeò autem turpia, inhoneſta, & abominanda prædicta vitia cenſuit D. Paulus, vt nec verbotenus nominari ea voluerit, dicens: Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos[b]. An neſcitis, quia iniqui regnũ Dei non poſſidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque auari, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt[c]. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas[d]. Siquidem vt D. Ioannes Chryſoſtomus inquit[e], omnis improbitatis, & nequitiæ fundamẽtum ipſa eſt habendi libido, ex qua diſſenſiones, inimicitiæ, bella, altercationes, contumeliæ, ſuſpiciones, iniuriæ, cædes, furta, & ſacrilegia emanant; ob eam non ſolùm vrbes, & oppida, ſed viæ ipſæ, & orbis denique vniuerſus habitabilis, montes inſuper, & loca quæque ſuperiora, & condita demum ſanguine redundant, & clade. Quòd malum neque ipſo ponto abſtinuit. Ob hanc præterea cupiditatem, & naturæ ſunt leges immutatæ, & ſublati conſanguinitatis termini, ipſiuſque ſubſtantiæ, ac vitæ corrupta ſunt iura: Auri enim violenta cupido non ſolùm in viuos, quin etiam in mortuos ipſos tales armauit manus, vt nec cum tumulatis quidem habere inducias patiantur. Quin has plerique ſepulchris refractis ſceleratè iniiciunt cadaueribus[f], neque ſinunt vita functos eorum eſſe inſidiis vacuos. Quæcumque denique malorum ſiue domi eſſe comperies, ſiue in foro, ſiue in iudiciis, ſiue in concionibus, ſiue in curia, & Regiis ædibus, ſiue quibúſuis aliis in locis, ex ea cupiditate habẽt ortum. Hoc illud eſt malum, quod gehennæ flammam excitauit.

Dæmone grauior eſt pecuniarum cupiditas, qua multi magis perſuaſi ſunt, quàm ethnici ab idolis, quibus non omnia parent, huic verò omnia; & quodcumque mandatum ſuggerit, obſequuntur. Quid dicit auaritia? Eſto omnibus inimicus, obliuiſcere naturam, contemne Deum, ſacrificium mihi teipſum offer. Dicto citius parent; Et idolis quidem boues ſacrificant: Auaritia; offer

a ad Ephef. 5. c.

b d. cap. 5. ad Ephef. Auari regnum Dei nõ poſſidebunt.

c 1. ad Timoth. 6. cap.

*Radix omniũ malorum cupiditas.*

d 1. ad Corint. 6. cap.

e in ſerm. de malis à nob. euerten.

*Auri violenta cupido.*

f *Sicut hoc tẽpore ab hæreticis in multis eccleſiis factum fuit.*

*Pecuniarum cupiditas dæmone grauior eſt.*

*Auaritiæ mandata.*

a *Chryſoſt. in 12. c. Io. ho. 64.*

*Cupiditas liber tatē animi tollit.*

*Vbi gloriæ cupiditas, ibi nulla eſt amicitia.*

b *Idem Chryſoſt. in Matth. hom. 59.*

c *Chryſoſt. ho. 24. in Matth.*

d *Chryſoſt. ho. 7. de pœnit.*

e *Chryſoſt. ad pop. hom. 68. et 69.*

f *Chryſoſt. ho. 25. ad Hebræ.*

g *Lib. 2. de vita contēpl. c. 15.*

offer mihi animam, inquit, & perſuadet. Vide qu
habeat aras, quæ libamina accipiat. Regnum cœlor
auari non poſſidebunt, neque has minas formida
Nihil prorſus libertatem animi ſic tollit, quemad
dum ſæculariū rerum cupiditas, & eorum, quæ vide
tur eſſe præclara. Non enim ſibi viuunt, qui d
ſeruiunt, ſed alteri, & mille crudelibus Domini h
modi homines premuntur. Vbi gloriæ cupidi
ibi quia liuor vires ſuas exercet, nulla ſincera p
micitia inueniri [b]. Auaritia enim omnes, qui ei ſ
crudeles efficit atque feroces. Nam ſi propriam
ſalutem negligit, quid faciet de aliena [c]? Imò,
rationabilibus animantibus ferocior eſt [d], & h
dis, atque latronibus peior [e]. Et quia eo nihil
nihil turpius Chriſtiano homini, illius menſ
bendum non eſt [f].

D. verò Proſper de tyrannide huius cupidi
auaritiæ ſcribens [g]: Iubet, inquit, nobis impe
piditas, vt diuina parui pendentes poſſeſſiona
ſtrium damnoſa compendia cogitemus, vt in
ſolicitudinem, curamque ponamus, vt inde no
bida vanitate iactemus, vt amplitudine patrim
fuſioris elati, fieri pauperes ſpiritu negligamus
cinus inauditum? ſuaui Chriſti iugo contemp
reum cupiditatis imperium voluntaria menti
natione ſuſcipimus, & Domini noſtri leui onere,
ſubiectos non onerat, ſed ſubleuat, poſthabito,
beum pondus ceruicibus noſtris aggeramus,
tius poteſt deponi, quàm ferri; quia & ipſa cu
quæ nobis ſubijci vltrò volētibus hoc pondus im
contemni poteſt faciliùs, quàm expleri, & ideo
illi volentes dederint oppugnanti, voluntatem
vlterius non habebunt tyrannicè dominanti.

g *Cupiditatum tyrannis graphicè deſcribitur ab Auguſt. de libero arbit. lib. 1. cap. 11.*

fit iuſto Dei iudicio; vt qui cupiditati reſiſter
mus ingreſſuræ, iam reſiſtere nequeamus ingreſ
intolerandum dæmoniacæ cupiditatis imperium
hoſtibus ſuis, quos poteſt vincere, victores fac
promittit ingentia, & bonorum temporalium p
tatione deceptos impellit iam miſeros, & miſer
in turpia. Tenet nos lucrorum pœnaliter dulc

ternis addictos, & in ſua ditione captiuos: nec trahit inuitos, ſed quod eſt deterius, quocumque voluerit volentes ducit. Vaſtat in nobis quicquid verecundiæ, aut pudoris inuenerit; & quos ſuis triumphis addixit, adhuc tanquam reſipiſcendi ſuſpectos omnibus viribus honeſtatis exarmat, ne quando contra eam, qui bellare noluimus, rebellemus. Rapit nos, ac paſſim per omnia acquiſitionum genera cupidos acquirendi diſpergit.

Vide D. Hieronymus[a]: Ex quo, inquit, in eccleſiis, ſicut in Romano imperio creuit auaritia, perijt lex de ſacerdote, & viſio de propheta[b]. Hinc propter auaritiam ſacerdotum ſæpe odia conſurgunt: hinc Epiſcopi accuſantur à clericis; hinc Principum lites; hinc detractionis* cauſa, hinc origo fit criminis. Certè qui viſibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum, accuſatur à paupere, damnatur à iudice: ita & in Eccleſia Dei dum quiſque ſtipendia ſua perdit, clamat ad Dominum, & exauditur à Chriſto, nec differtur vltionis ſententia, ſi non reddantur vniuerſa. Moderatio enim Dei, ac pietas ſolam noſtrum reditum quærit, ac nos cupit longa bonitate ſua ſaluari. Si non conuertimur, ſi duri colli ſumus, ſi in peccatis vſque ad mortem illicitè perduramus, aſſiduè peccantium non miſeretur Deus. Bonorum auctori inhærere aliter non valemus, vt D. Gregorius inquit, niſi cupiditatem à nobis (quæ omniũ malorum radix eſt) abſcindamus[c]. Virum enim catholicum, & præcipue Dei ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ſecundum D. Leonem Papam, nulla oportet cupiditate violari, dicente ſancta ſcriptura[d]: Poſt concupiſcentias tuas ne eas. Mens enim potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum[e]. Et ſicut hi, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ſed phantaſmata paſſionis ſuæ vident, ita etiam cenſore D. Ambroſio[f], mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat, gratius intuetur aurum, quàm ſolem. Ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Deum aurum quærit.

*a in epiſt. ad Ruſticum Epiſcop. Narbon. et c. diaconi. diſt. 93.*
*b Ezech. 7.*
** al. deſolationum cauſa.*
*Aſſiduè peccãtium non miſeretur Deus.*
*c cap. bonorũ. diſt. 47.*
*d Eccleſ. 18.*
*e c. virum diſt. 47.*
*f in c. ſicut hi. diſt. 47.*

Sed,

*An quis ſua bona cupidè et diligenter conſeruare poſſit.*

Sed, inquit aliquis, quid iniuſtum eſt, ſi cùm alie non inuadam, propria diligentius ſeruo? O impude dictum; quid propria dicis? Quæ ex quibus m in hunc mundum detuliſti? Quando ingreſſus es lucem; quando de matris ventre exiſti, quibus tibus, quæſo, quibus ſubſidiis ſtipatus ingreſſ Proprium nemo dicat, quod eſt commune, quod quàm ſufficeret ſumptui etiam violenter obten Et vt D. Auguſtinus inquit[b]; non ſolùm a qui rapit aliena; ſed ille quoque auarus eſt, qu ſeruat ſua. Sed ſi ſic iudicatur, qui cupidè co ſua, quomodo iudicaturus eſt te, cùm non ſ uas tua, ſed etiam quæras aliena? Nunquid in Deus, vt nobis non æqualiter diſtribuat vita vt tu quidem eſſes affluens & abundans, ali eſſet, & egerent? An idcirco magis, quia & benignitatis ſuæ experimenta conferre, & virtutem patientiæ coronare? Tu verò ſuſcep muneribus & in ſinum tuum redactis, nihil agere iniquum ſi tam multorum vitę ſubſidia tineas? Quis enim tam iniuſtus, tam auarus, tam multorum alimenta non ſuum vſum, ſed tiam, & delicias facit? Neque enim minus eſt habenti tollere, quàm cùm poſſis, & abundans gentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quem tines. Nudorum indumentum eſt, quod tu & miſerorum redēptio eſt, & abſolutio pecunia tu in terra deſodis. Tantorum te ergo inuade bona, quantis poſſis præſtare, quod velis[c].

*a d. c. ſicut hi.*
*b Auguſt. ſer. 196. de temp.*
*c d. c. ſicut hi.*

*Nemo niſi diues honore nũc dignus putatur.*

Cæterum ita incubuerunt mores hominum miratiònem diuitiarum, vt nemo, niſi diues, dignus putetur. Neque hic recens vſus, ſed iam quod peius eſt, inoleuit hoc vitium humanis Vetus & antiqua auaritia eſt, quæ cum ipſis gis cœpit oraculis. Imò propter ipſam repr lex Dei lata eſt. Ieſus Naue[d], qui potuit ſolem ne procederet, auaritiam hominum non potu ne ſerperet. Ad vocem eius ſol ſtetit, auaritia tit. Feralis igitur auaritia, illecebroſa pecunia, bentes contaminat, non habentes non iuuat.

*d Eccleſ. 46.*

tamen vt aliquādo adiuuet pecunia, inferiorem tamen, & ipſum deſiderantem. Nunquid idcirco honeſtior, quia habet, quo honeſtas plerumque amittitur? quia habet quod cuſtodiat magis, quàm quod poſſideat? Illud enim poſſidemus, quo vtimur. Quod autem vltra vſum eſt, non vtique habet poſſeſſionis fructum, ſed cuſtodiæ periculum[a]. Nam, vt D. Cyprianus inquit[b], quos diuites opinaris continuantes ſaltibus ſaltus, & de confinio pauperibus excluſis infinita, ac ſine termino rura latius porrigentes, quibus argenti, & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium, vel extructi aggeres, vel defoſſæ ſtrues, hos etiam inter diuitias ſuas trepidos cogitationis incertæ ſolicitudo diſcruciat, ne prædo vaſtet; ne percuſſor infeſtet; ne inimica cuiuſquā locupletioris inuidia calumnioſis litibus inquietet. Non cibus ſecurus, ſomnúſue contingit. Suſpirat ille in conuiuio, licet bibat gēma, & cùm epulis marcidum corpus torus mollior alto ſinu condiderit, vigilat in pluma; nec intelligit miſer ſpecioſa eſſe ſibi ſupplicia, auro ſe alligatum teneri, & poſſideri magis, quàm poſſidere diuitias. Atque ò deteſtabilis cæcitas mentium, & cupiditatis inſanæ profunda caligo, cùm exonerare ſe poſſit, & releuare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere. Nulla in clientes inde largitio eſt, cum indigentibus fit nulla partitio, & pecuniam ſuam dicunt, quam velut alienam domi clauſam ſolicito labore cuſtodiunt. Ex qua non amicis, non ſibi deniq; ipſis quicquam impartiunt. Poſſident ad hoc tantùm, ne poſſidere alteri liceat. Et ô nominum quanta diuerſitas, bona appellant, ex quibus nullus illis niſi ad res malas vſus eſt.

*Vera honeſtas plerūque amittitur pecunia.*

a *Ambr. lib. 2. offic. cap. 26.*
b *Cypria. epiſt. 2. lib. 2.*

*Bona per antiphraſim dicta ſunt.*

Vnde D. Ambroſius auaris loquens[c]: Cur, inquit, de bonis facitis mala, cùm de malis bona facere debeatis? Scriptum eſt enim[d]: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ei ergo qui vti ſciat, multa bona ſunt; qui vti neſciat rectè, mala. Bona ſunt, ſi pauperibus largiris, in quo tibi debitorem Deum quadam pietatis fœneratione conſtituis. Igitur, quem poſſidendi delectat ambitio, Deum qui poſſidet omnia, quæ creauit,

c *in lib. de Nabucho. Iſraëlita. cap. 7.*
d *Lucæ 16.*

*Bona temporalia quibus ſint verè bona, vel mala.*

expedita mente poſſideat, & in eo habebit, quæcumque
in eo ſanctè habere deſiderat. Sed quoniam nemo poſ-
a lib.2.de vita contempl. ca.6.
ſidet Deum, vt D. Proſper inquit[a], niſi qui poſſidetur
à Deo, ſit ipſe primitùs Dei poſſeſſio, & efficietur ei
Deus poſſeſſor, & portio. Et quid poteſt eo eſſe fœli-
cius, cui efficitur conditor cenſus, & hæreditas eius di-
gnatur eſſe ipſa diuinitas, ſi modo eam ſanctis operibus
colat, omnes fructus ex illo percipiat, in illo, & de illo
iugiter viuat? Hunc poſſidebat, & ab illo poſſidebatur
b Pſalm. 118.
c Pſalm. 15.
ille, qui dicebat in ſpiritu[b]: Portio mea Domine, dixi
cuſtodire legem tuam. Et[c]: Dominus pars hæredita-
tis meæ, & calicis mei.

D. verò Auguſtinus ſuum de auaro, & cupido
d in lib. de ſalutar. docum. ca.30. et in lib. de verb. Dom. ſerm. 25.
*Auarus inferno ſimilis eſt.*
proferens iudicium[d]: Auarus, inquit, vir inferno ſi-
milis eſt: Infernus enim quantoſcumque deuorave-
rit, nunquam dicit ſatis eſt: Sic etſi omnes theſauri
confluxerint in auarum, nunquam ſatiabitur.
eſt iſta auiditas concupiſcentiæ, cùm & ipſæ beſtiæ ha-
beant modum? Tunc enim rapiunt, quando eſuriunt,
parcunt verò prædæ, cùm ſenſerint ſatietatem. Inſa-
*Auaritia diuitum inſatiabilis eſt.*
tiabilis eſt ſola auaritia diuitum; ſemper rapit &
nunquam ſatiatur: nec Deum timet, nec hominem
reueretur, nec patri parcit; nec matrem cognoſcit;
nec fratri obtemperat; nec amico fidem ſeruat. Vi-
duam opprimit; pupillum inuadit; teſtimonium fal-
ſum profert. Quæ eſt illa animarum inſania? Amit-
tere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, &
perdere cælum? Vtinam igitur iuxta D. Bernardi ſen-
e in ſer. ſuper illo: Ecce nos reliquim.
tentiam[e], ſaperes miſer, & intelligeres, cum ſtude-
ro pecuniæ theſaurum iræ pariter cumulari. Vtinam
nouiſſima prouidens animaduerteres facilè per fora-
men acus tranſituros non diuitiarum cumulos,
delictorum. Nihil enim intulimus in hunc mundum,
haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus.
gentum, & aurum non nihil eſt, ſibi vtrumque
mundus, ſolum peccatum te ſequitur quocumque
quacumque intraueris, pellem hanc non depones. Quæ
autem paraſti inſipiens cuius erunt? Et contra auaros
f in d. ſerm.
clericos idem Bernardus exclamans[f]: Væ, væ,
in domo Dei horrendum videmus. Quid in

[illegible]miniſtrantes? Mentior, ſi non idolorum ſeruitus auaritia eſt, ſi non quibuſdam etiam venter ſuus factus eſt Deus ſuus. Quod enim quiſque præ cæteris colit, id ſibi Deum præ cæteris conſtituiſſe probatur. Quantos enim vidimus, qui diligunt munera, ſequuntur retributionem? Quantos vidimus, qui Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri?

*Quid vnicuique Deus ſit.*

Fertur olim fuiſſe oraculum apud Græcos Delphis acceptum ab Apolline Pytheo, vt auctor eſt Cicero[a], Spartam Laconicæ regionis vrbem celeberrimam nulla re alia, niſi auaritia eſſe perituram. Ego verò, inquit Iudocus Clichthoueus Pariſiẽſis quondam Theologus, de vita, & moribus ſacerdotum ſcribens[b]: Longe verius Delphicis tripodibus credo eſſe oraculum, Eccleſiam Dei auaritia ruituram, atque perditam. Quod ex ea omnia mala ſuboriuntur, & in[illegible] in Eccleſia Chriſti ſecundum illam B. Pauli ſententiam[c]: Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Quodſi hæc flamma gehennæ, & auri ſacra fames in laicis, & ſecularibus viris exercentibus negotiationem eſt meritò damnanda, quanto magis in ſacerdotibus, & aliis diuino mancipatis officio? In quibus ſi ſemel medullitus hæſerit; omnia ſacra proſtituit venalia, cruces, altaria, templa, animas pro quibus mortuus eſt Chriſtus, negligit; quæ ſpiritualia ſunt officia nequaquam curat, ſed ſolùm inhiat pecuniæ congerendæ, ſatyricum illud[d] continuo ſuccinens: Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. Et cùm nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit[e], ſacerdotes & alii clerici militiæ Dei aſſcripti, & eccleſiaſtica poſtponantes miniſteria longè deterius agunt, quàm ſi negotiis ſecularibus ſe implicarent. Verùm nonne intempeſtiue videtur illud oraculum de ruina Eccleſiæ per auaritiam futura propemodum habere locum, & veritatem, cùm hæc inferna palude egreſſa tabes in ſummum fere nunc excreuerit, & ſuam impleuerit menſuram, oſtendaturque planè nunc verum eſſe, quod ait Iſaias[f]: Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſ-

a *lib. 2. offic.*

b *cap. 16.*

*Oraculum; eccleſiam Dei auaritia ruituram.*

c 1. *Timo. 6.*

d *Iuuenal. Saty. 14.*

e 2. *Tim. 2. et ca. 1. ne cleric. vel monac. nego. ſecul. c. ſunt nonnulli. 16. q. 1. c. placuit. ca. Cyprianus. 21. q. 3. cap. conſequens. diſt. 88.*

f *cap. 56.*

vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum. Et quod Paulus ad Philippenſes ſcribens conqueritur [a]: Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Quare SS. Tridentina Synodus cupiens Eccleſiæ, ruinam ex clericorum grauiſſimis vitijs, & delictis minanti, ſuccurrere, & ad tollendam, & extirpandam auaritiam eorundem, varia ſuper hac re edidit decreta.

22. cap.

*Pro ordinum collatione nihil dandum eſſe; & quando Notarijs cauſa eorundem aliquid ſoluendum ſit.*

## CAPVT II.

QVoniam ab eccleſiaſtico ordine non ſolùm auaritia, verumetiam omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, idcirco SS. Tridentina Synodus decreuit & ſanxit [b], vt nihil pro collatione quorumcumque ordinum [c], etiam clericalis tonſuræ, nec pro literis dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa [d] etiam ſponte oblatum Epiſcopi, & alij ordinum collatores, aut eorũ miniſtri quouis prætextu accipiant. Notarij [e] verò in ijs tantùm locis, in quibus non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, decimam tantùm vnius aurei partem accipere poſſint, dummodò eis nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo: nec Epiſcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eiſdem ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire poſſit. Tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omnino teneri decreuit: contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abuſus, & corruptelæ, ſimoniacæ prauitati fauentes, nuncupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo, & qui ſecus fecerint, tam dantes, quàm accipientes, ultra diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas [f], ipſo facto incurrant.

Concilium verò prouinciale Mechlinienſe repetens, & innouans, quæ œcumenica Synodus Tridentina in Eccleſiæ collapſæ reformatione ſalubriter ſtatuerat, & ordinauerat; ac ad illorum obſeruationem, ut ...

b ſeſſ. 21. de reform. cap. 1.
c c. 1. c. ex tuæ. c. ſicut de ſimo. c. cum deteſtabile. eodem tit. & extrau. com. c. ſi quis Epiſcopus cum 4. ſequen. c. placuit. ca. ſtatuimus. c. ordinationes. c. ſunt. c. de ordinationibus. cap. quibuſdam. & ca. pueri. 1. q. 1. c. ſicut Epiſcopũ. 1. q. 2.
d c. cũ ab omni. & ibi gloſſ. & DD. de vita et honeſt.
e ca. 1. & ibi gloſſ. & DD. de ſimo.
f de quibus vide iura ſuprà allegata.

etiam hæc quæ ſequuntur ſtatuit[a]: In Epiſcoporum functionibus præ cæteris conſpicuum eſſe debet, quod ait Chriſtus[b]: gratis accepiſtis, gratis date. Cùm autem in gratioſis conceſſionibus, & diſpenſationibus, item in collationibus, inſtitutionibus, & aliis quibuſlibet prouiſionibus, quæ gratis fieri debent, occaſione ſigilli varia iura ſoleant exigi: ſtatuit prouincialis Synodus omnia illa iura, tanquam non ſatis probata, conſuetudine introducta, planè remittenda, & relinquenda eſſe, & nihil inde accipi poſſe. Pro literis autem & ſigillis, ac regiſtratione, cæteriſque eodem ſpectantibus, qui id oneris habent, & inſtrumenta examinare, regiſtra conficere, & conſeruare debent, ratione illius temporis, & pro qualitate laboris, quem ſubeunt, ſtipendium moderatum pro conſuetudine accipere poſſunt: ſed quod in communibus, & mediocribus negotiis non excedat ſummam viginti, vel triginta ſtuferorum. Nunquam verò ne in maximis quidē accipere poſſint vltra coronatum. Quòd autem de Epiſcopis, eorumque ſigillo nunc conſtitutum eſt, id etiam eodemque modo ad omnes alios præſentatores, collatores, eorumque præſentationes, collationes, inſtitutiones, & quamlibet aliam prouiſionem, cuiuſcumque gradus, aut ordinis ſint, omnino pertineat: nec vlli eorum liceat prætextu iurium ſigilli vltra prædictum ſtipendium quicquam accipere.

*a tit. de ſigill. cap. 1. 2. 4.*
*b Matth. 10.*
*Cauſa prouiſionis nihil ſoluēdum eſt collatoribus vel inſtitutoribus.*

*Pro literis, ſigillis ac regiſtratione quatenus aliquid ſoluendum.*

Præterea cùm multa iam ſiue temporum vitio, ſiue hominum incuria, & improbitate irrepſiſſe videantur, quæ ſacrificij miſſæ dignitate aliena ſunt: vt ei debitus honor & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem reſtituatur, decreuit SS. Tridentina Synodus[c]: vt ordinarij locorum Epiſcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere ſedulò curent, ac teneantur, quæ vel auaritia idolorum ſeruitus; vel irreuerentia, quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt; vel ſuperſtitio veræ pietatis falſa imitatrix induxit. Atque vt multa paucis comprǽhendantur, imprimis quod ad auaritiam pertinet, cuiuſuis generis mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro miſſis nouis celebrandis datur, necnon importunas, atque illiberales eleē-

*c ſeſſ. 22. in decret. de obſer. & euitan. in celebr. miſſ.*
*Triplica, quæ circa miſſæ ſacrificium prohibenda et cauenda ſunt.*

moſynarum exactiones potius, quàm poſtulationes, aliaque huiuſmodi, quæ à Simoniaca labe, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt, omnino prohibeant.

*In nulla beneficiaria prouiſione, ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius beneficij quicquam ſoluendum eſſe.*

## CAP. III.

IN pluribus eccleſiis tam cathedralibus, quàm collegiatis, & parochialibus, ex earum conſtitutionibus, aut ex praua conſuetudine obſeruari intelligens ſancta Synodus Tridentina[a], vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia prouiſione, ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius cathedralis eccleſiæ, vel beneficij, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, aut ad diſtributiones quotidianas, certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationesue illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus eccleſiis dicuntur turnorum lucra, interponantur. Hæc cùm ſancta Synodus deteſtetur, mandat Epiſcopis, vt quæcumque huiuſmodi in vſus pios non conuertuntur, atque ingreſſus eos, qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpitionem habent, fieri non permittant, atque diligenter de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcant: & illis tantum, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas vt prauas, ac ſcandaloſas, reijciant & aboleant. Eos verò, qui aduerſus hæc in præſenti decreto comprehenſa, quauis ratione commiſerint, pœnis contra Simoniacos editis, ſacris canonibus, & variis ſummorum Pontificum conſtitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit: non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, conſtitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit: non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, cōſtitutionibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis; de quarum ſubreptione, obreptione, & intentionis defectu Epiſcopus tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatus cognoſcere poſſit.

a ſeſſ. 24. cap. 14. de reſor. decret. 2.

*In beneficiorũ prouiſione vel eorum poſſeſſione capienda, quæ unque ſoluuntur in pios vſus conuerti debent.*

*Quibus pœnis obnoxius ſit recipiens aliquid in beneficiorum prouiſione vel poſſeſſione, quod non conuertatur in piũ vſum.*

Qui

*Quibus modis fiat ſimonia in beneficiaria prouiſione.*

## CAP. IIII.

Verùm quia S. Tridentina Synodus decernit prædicto hoc decreto, eos, qui aduerſus in illo compræhenſa quauis ratione commiſerint, teneri pœnis cõtra Simoniacos editis ſacris canonibus, & variis ſummorum Pontificum conſtitutionibus, quas omnes innouat, non inutile, nec inconueniens fore arbitrati ſumus, ſi hic obiter, & generatim perſtringamus, quibus modis cõtra prædicta Simonia committi poſſit, & quæ ſint pœnæ ſacris canonibus & decretis Põtificum contra Simoniacos editæ. Si quis igitur ad obtinẽdum aliquid ex ſupranominatis, puta, electionem, præſentationem, nominationem, inſtitutionem, confirmationẽ, collationem, vel aliam prouiſionem, ſiue admiſſionem in poſſeſſionem alicuius Eccleſiæ cathedralis vel beneficii, vel partẽ prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas, pactionem, vel conuentionem vllam fecerit, quæ in hiſce omninò ceſſare debent; nullius ſunt momenti & illicitæ cenſendæ ſunt [a]. Contrahitur enim Simonia, non modò cùm pecunia ipſa in numerato pro re ſacra datur, aut recipitur; vel de danda, & recipienda tacitè, vel expreſsè conuentum fuerit; verumetiã cùm dans humanum obſequium, ſeruitium, fauorem, atque gratiam aliquam requirit, vel exigit [b]: vel ſi quis dicat, facio vt facias: vt ſi promittat te eligere, & tu illum: vel ſi dicat, eligas meum nepotem nunc, & ego eligã tuum in prima electione. Nam & patrui, & nepotes ſunt Simoniaci [c]: vel ſi quis cũ conditione, vel pacto largiatur, aut offerat bona ſua, vt poſtmodum pro præbenda retineat, & in canonicum admittatur. Huiuſmodi oblatio, vel receptio fieri non poterit ſine vitio Simoniæ, cùm in talibus omnis pactio vel conuentio ceſſare debeat iuxta canonicas ſanctiones. Si verò purè ac ſine pacto, vel conditione qualibet offerat, rogans humiliter, vt in canonicum admittatur, & bona ſua retinere ſibi liceat pro præbenda, & clerici eiuſdem Eccleſiæ purè conſentiant, huiuſmodi receptio fieri poterit abſque ſcrupulo Simoniacæ prauitatis. Si verò is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur,

*Quibus modis Simonia cõmittatur in beneficiaria prouiſione.*

*a c. fin. & ibi gloſſ. et DD. de tranſact. c. tua. & ibi gloſſ. & DD. de Simonia. c. ea quæ. c. ſi quis 1. 2. et 3. c. ex multis. c. fin. 1. q. 1. c. ego autem. c. fin. 1. q. 6. c. cũ ſuper. de confeſſ. c. veniens. 1. de teſti. & atteſtat.*

*b c. cum eſſent. c. ex diligẽti. de Simon. et c. ſunt nonnulli. c. quibuſdam. c. pueri. 1. q. 1.*

*c c. tua nos. et ibi gloſ. et DD. de Simo. ca. fin. de tranſaction. Roman. conſil. 317. Rebuff. in concord. tit. de elect. derog.*

 vt per

vt per temporalia bona, quæ offert, ſpiritualia vel
adipiſci: & clerici, qui eum in fratrem admittunt, nõ
eſſent eum, niſi commoda temporalia perciperent,
admiſſuri, ſine dubio tam ille, quàm iſti apud di-
ctum iudicem, (qui ſcrutator eſt cordium, & cogni
ſecretorum) culpabiles iudicantur [a].

*a d. c. tua nos.*

Item, ſi quis ad eccleſiæ alicuius dignitatem vo-
luntate maioris partis Canonicorum electus, paucis
contradicentibus, quidam amicus electi, de ipſius
ſcientia, & voluntate turbata, ei, qui magiſter diſcor-
diæ videtur certæ quãtitatis munus exoluat, & ſic
tradictio conquieſcat, profectò talis electus à ſi-
moniæ immunis non eſt. Idcirco ſibi optimè conſu-
rit ſi adminiſtrationem ſuę dignitatis celeriter
te dimittat, memor illius verbi: Nihil prodeſt homi-
ni, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero de-
trimentum patiatur [b].

*b c. Mattheus. de Simo. Matt. 16. & Lucæ 9.*

Horribile quoque nimis eſt, quod in quibuſ-
eccleſiis pro perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſedem
ſiue introducendis in eccleſiam, necnon & pro ſepultu-
ris, & exequiis mortuorum, ſeu aliis ſacramentis ali-
quid requiratur. Putãt autem plures ex hoc licere, quia
legẽ mortis de longa inualuiſſe conſuetudine arbitran-
tur; non attendentes, quod tantò grauiora ſunt crimina,
quantò diutius infœlicem animam tenuerunt alligatã.
Sed cõcilium Lateranenſe [d] diſtrictè prohibuit, ne
de cætero fiant, vel pro perſonis eccleſiaſticis deducen-
dis in ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis aut ſepelien-
dis mortuis, ſeu aliis ſacramentis conferendis, a
latis aliquid exigatur. Si quis autem contra hoc ve-
præſumpſerit, portionem cum Giezi ſe nouerit ha-
turum [e].

*c c. fina. de cõſuetud. ca. cum haberet. de eo qui duxit in matri. quã pol. authen. Vt nulli iudic. lic. hab.*
*d Sub Alexãd. 3. part. 1. ca. 7.*
*e c. cum in eccleſiæ, de Simonia. c. ſicut. et c. veniens ibid. c. qui ſtudet. et c. cito turpem. 1. q. 1.*

Ex quo euidenter liquet, etiamſi prædictum
Tridentini decretum factum non fuiſſet, tamen
ceptione & admiſſione ad poſſeſſionem benefi-
ſuorum electos, ſeu aliter prouiſos nihil ſoluere de-
Canonicis, vel aliis perſonis eoſdem ad illam recipien-
tibus, ſeu admittẽtibus: cùm tam multæ ſint
tificij conſtitutiones, quæ hoc ipſum expreſsè inhibent,
quia ſub obtentu cuiuſquam conſuetudinis reatũ

*In receptione ad poſſeſſionẽ Canonicis nihil ſoluendum eſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quo retinon poteſt: nec diuturnitas temporis dimi-
nuit peccata, ſed auget[a]: Imò ſi quid hac cauſa receptũ
ſit, id reſtitutioni obnoxium eſt. Nam ſine graui ſuæ
ſalutis periculo illud retinere non poſſunt[b].

Si verò dicatur; illud, quod prædictis Canonicis tũc
ſoluitur, hoc illis numerari, non pro beneficio, ſeu re
ſpirituali, ſed pro examine literarũ collationis, ſeu pro-
uiſionis, receptione iuramenti, introductione in poſ-
ſeſſionem, vel aliis negotijs eo tempore, cauſa prouiſo-
rum, tunc occurrentibus: Ad hanc excuſationẽ R[mus].
Dominus Epiſcopus Iprenſis Martinus Rythouius ſa-
cræ Theologię Doctor, & eiuſdem celeberrimus quon-
dam in vniuerſitate Dilingana, & Louanieſi profeſſor,
qui ſacro concilio Tridentino interfuit, & ſubſcri-
pſit, eidem Decano & Capitulo reſpondit; quod pro
Canonicis illicitum eſt eos pecunias recipere; & apertè
aduerſetur decretis concilij Tridentini. Cuius decretis
inhærendo ſtatuit; vt qui exhibito iuris legitimo titulo,
ad beneficij poſſeſſionem admitti cupit, ſi qualitates
habeat ad beneficium requiſitas, faciat profeſſionem fi-
dei, & obedientiæ ex prędcripto eiuſdem concilij, eaque
facta gratis admittatur, nec quicquam aliud exigatur,
detur, vel recipiatur, quàm quod fabricæ eccleſiæ de-
betur. Id verò non excedat ſummam eorum quæ hacte-
nus exigi ſolent ab illis, qui ad poſſeſſionem ſimilis be-
neficij admittebantur; totaque hæc ſumma, quæ ad fa-
bricæ ſubſidia ſoluitur, quanta quanta eſt, ad vſus fa-
bricæ verè, & realiter conuertatur. Ad paſtum autem,
qui alicubi initio reſidentiæ, alibi peracto ſtadio ſtrictæ
reſidentiæ ſoluitur, nullum canonicum, nec alterius be-
neficij poſſeſſorem obligari voluit. Siquidem & illum
ſoluere iure pontificio prohibetur[c].

Vnde & Paſchalis Papa[d]: Si quis, inquit, obiecerit,
non conſecrationes emi, ſed res, quæ ex conſecratione
proueniunt, penitus deſipere probatur. Nam cùm cor-
poralis eccleſia, aut Epiſcopus, aut Abbas, aut tale ali-
quid ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec
anima ſine corpore corporaliter viuit quiſquis horum
alterum vendit, ſine quo nec alterum prouenit, neutrum
inuenditum derelinquit. Nullus igitur emat præbendã,

*a c. non ſatis. de Simo.*
*b d. c. veniens. & c. de hoc autem. et ibi gloſſ. not. & eleg. ad verb. reſtituãt. d. tit. de Simon.*

*Reſcriptum et ſtatutum Reu. Epiſcopi Iprenſis ſuper admiſſione in poſſeſſionẽ beneficij.*

*Paſtus ſeu cõuiuium ratione admiſſionis in poſſeſſionẽ ſolui non debet.*
*c c. veniens ad nos. & c. Iacobus, et ibi gloſſ. Hoſtiẽ. Panor. & Felin. de Simo.*
*d in ca. ſi quis obiecerit. 1. q. 3.*
*Præbendæ vel alia beneficia emenda nõ ſunt.*

vel eccleſiam, vel aliquod eccleſiaſticum, nec pa
lum, nec paſtum antea, nec poſtea pro huiuſmodi
*a in ca. ſi quis dator. 1. q. 3.*
*Præbendæ vox tempore Gregorij in Eccleſia vſitari cœpit.*
uat. Nam, vt D. Gregorius reſcripſit[a] omnibus
Epiſcopis: Si quis dator, vel acceptor Dei eccleſiæ
eccleſiaſtica beneficia (quæ quidam præbendas
ſub pecuniæ interuentu ſuſceperit, ſiue dando
ſiue accipiendo vendiderit, à Simonis non
perditione. Sed ſi perſeuerans fuerit, perpetua
tur damnatione. Nam qui ſub religionis
famulari voluerit; ſi quid accipit, & meritum
& beneficio accepto fruſtratur. Rationis
cogitur, quod iniuſtè receperit reſtituere,
turpis lucri gratia receperat, non tenere.

*b in ca. Saluator. 1. q. 3.*
*c Matth. 24.*
Vrbanus verò Papa hæc tempora noſtra
Saluator, inquit, prædicit in euangelio[c] circa
culi pſeudoapoſtolos & pſeudoprophetas
multos ſeducere, & fideles ſuos in mundo
turos preſſuras, ſed tamen portas inferi non
*d 2. Corint. 11.*
ras. Proinde, vt ait Apoſtolus[d]: oportet hæreſes
vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Oportet
*e Ezech. 13.*
*f Rom. 8.*
Propheta[e] ex aduerſo conſurgere, & murum
re pro domo Iſraël, & cum Apoſtolo[f] per
lationes intrare in regnum Dei; quoniam non
dignæ paſſiones huius temporis ad futuram
quæ reuelabitur in nobis. Igitur quia
quod tibi obijcitur, vtrum vendere eccleſiaſtica
Simoniacum ſit; hoc ſimoniacum eſſe
*g Actor. 8.*
tur, ex hoc quod B. Apoſtolus Petrus ait
Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia
donum Dei pecunia poſſideri. Donum quippe
*Res eccleſiæ oblata donũ Dei eſt.*
Spirituſſanctus, & donum Dei eſt res ipſi Eccleſiæ
lata. Et ſi benè animaduerteris, Simon Magus
fidem fictè acceſſit, non Spiritumſanctum,
*h Sapient. 1.*
indignus (quoniam, vt ſcriptum eſt[h], Spiritus
diſciplinæ effugiet fictum) ſed donum Dei
luit, vt ex venditione ſignorum, quæ per
rent, multiplicatam pecuniam lucraretur.
ſtolus emptionem Spirituſſancti (quam bene
poſſe nouerat) ſed ambitionem quæſtus talis,
ritiam (quæ eſt idolorum ſeruitus) in eodem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

excluſit, & cum maledictionis iaculo percuſſit. Quiſquis igitur res eccleſiaſticas, & Dei dona, quæ à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent, propter ſua lucra vendit vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia poſſideri exiſtimat. Ideo qui eas non ad hoc, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra munere linguæ, vel indebiti obſequij, vel pecunia largitur, vel adipiſcitur, Simoniacus eſt, cum principalis intentio fuerit Simonis, ſola pecuniæ cauſa, auaritia videlicet, id eſt, idololatria, vt ait Apoſtolus Paulus[a]: Alioquin cur ſancta Synodus Calchedonenſis ſexto, Epiſcoporum procuratorem vel defenſorem eccleſiæ, vel quenquam regulæ ſubiectum, adeò propter pecuniam ordinari prohibet[b], vt interuẽtores quoque tanti ſceleris anathematizet; niſi quod eoſdem Simoniacos iudicet? Quod ſi præfati milites eccleſiæ ob huiuſmodi ſcelus taliter percelluntur, nemo ſanum negabit non militantes eccleſiæ multo damnabilius ob hanc cauſam, id eſt, emptionis, vel venditionis debere percelli. Sed beatus anteceſſor noſter Paſchalis libro de conſecratione affirmauit, quod quiſquis eorum alterum vendiderit, ſine quo alterum non prouenit, neutrum non venditum derelinquit; ac per hoc eum, qui res eccleſiæ vendit, vel emit, Simoniacum eſſe intelligit[c].

*Simoniacus quis ſit.*

*a Coloſſ. 3.*

*b Concil. Calchedo. cano. 2. et c. ſi quis Epiſcopus. 1. q. 1.*

*c c. ſi quis obiecerit. 1. q. 3.*

In nomine verò procuratoris intelligit præfata Synodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, verbi gratia Præpoſitum, œconomum, vicedominum: defenſoris nomine, aduocatum ſiue caſtaldum & iudicẽ. In ſubiecto verò regulæ Archipresbyterum, Archidiaconũ, diaconum, canonicũ, monachum, & quemlibet eccleſiaſtico mãcipatũ officio. Quod verò Spiritumſanctum, quantum in ſe eſt, vendat, vel emat, qui præpoſiturã vel aliquid huiuſmodi vendit, vel emit; audi Auguſtinum ſuper Ioannem: O quot præpoſituras emerunt. Alterum Præpoſitum habet Carthagine Romanus: alterum in Mauritania Rogatus, alterum habet in Numidia ille, & ille: quos iam nec nominare ſufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam,

*Procuratoris nomine qui hic comprehendantur.*

*Defenſoris.*

*Subiecti.*

*Spiritumſanctum vendere vel emere qui cenſeantur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vnuſquiſque laudat præpoſitum ſuum quod vend
Ecce venerabilis Auguſtinus de præpoſituræ di
ne agens, in nomine columbæ ſancti Spiritus
nem, vel emptionē accipit, ſicut & omnes hu
gelici capituli tractatores. Penſandum vero
na mulctentur, qui iam Deo & eccleſiæ ſuæ obla
dunt, vel emunt, ſi cum flagellis à Dei templ
ſunt, qui quæ Deo erant offerenda vendebant,
bant. Si de offerendorum venditoribus, vel em
bus dictum eſt [a]: Vos feciſtis domum patris
mum negotiationis, & ſpeluncam latronum,
tur de eccleſiæ iam oblatorum vēditoribus,
ribus? Et ne quis inſanus iam obijciat, mer
minum tam acerbè vindicaſſe, quia tūc illa
plo vendebātur; eccleſiaſticæ verò res mod
plum diſtrahuntur: Attende ſuperius Aug
determinantem locum venditionis, vel em
poſitorum, ſed tantùm indefinitè dicentem
liquis emere columbam; vnuſquiſque præp
laudat, quod vendit: non adijciens in templ
templum [b].

*Columbæ nomine quid hic deſignetur.*

*Vnde pœna vēdentium eccleſiæ oblata colligi poſſit.*

a Iſaiæ 56. Matth. 21.

b d. ca. ſaluator. 1. q. 3.

Huc pertinet & illud Innocētij 2 decretum
præbendas, decanatum, aut honorem, vel p
nem aliquam eccleſiaſticam, ſeu quodlibet
tum eccleſiaſticum, vt puta chriſma, vel olei
& cōſecrationes altarium, vel eccleſiarum,
te execrabili ardore auaritiæ per pecuniam
honore malè acquiſito careat, & emptor, atque
tor, & interuentor nota infamiæ percellantur,
pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetud
vel poſt aliquid exigatur, vel ipſe dare præſum
niam Simoniacum eſt: ſed liberè abſque dim
aliqua collata ſibi dignitate atque beneficio po

c c. fin. 1. q. 3.

*Careat beneficio, qui illud pecunia ſibi cōparare tentauerit.*

Alexander verò Papa non ignorans, quod
moniaca peſtis ſua magnitudine alios morbos
ita ſine dilatione mox vt eius ſigna per aliquam
nam claruerint, de eccleſia Dei debere elimina
repelli [d]: Idcirco cùm cognouiſſet hoc deteſta
lum in eccleſia Lucenſi inoleuiſſe, vt nulli
rico quamuis religioſo, quamuis ſcientia, &
po

d c. ſicut, de Simon.

pretio, eccleſiaſticum beneficium concederetur, niſi vt qui profano pecuniæ munere illud emere ſtuduiſſet, hic verbis deſuper conſtitutionem edidit [a].

*a in c. ex multis. 1. q. 3.*

Ego Alexander ſanctæ Romanę Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus (imò miniſter indignus) tot & tanta mala in multis eccleſiis, & maxime in Luceſi eccleſia ex iniqua cōcupiſcentia fieri conſpiciens, ne ſanguis iniquorum à diſtricto iudice, de manu noſtra requiratur, illa extirpare, & penitùs eradicare decreuimus. Conſtituimus itaque & præſenti decreto firmamus (ſicut olim noſtri prædeceſſores feciſſe noſcūtur) vt nullus deinceps Epiſcoporum beneficium eccleſiæ (quod quidam canoniam, vel præbendam, ſeu etiam ordines vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis aut vnquam conferre; ſed omnes miniſtros, & ſeruitores eccleſiæ gratis, & abſque vlla venalitate in ſancta eccleſia ſtudeant ordinare. Nec eligāt in domo Domini, qui maiores ſacculos pecuniæ conferant; ſed eos, qui moribus, & diſciplina, atque ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam valeant ſuſtentare eccleſiam. Conſtituimus, & eodē modo firmamus, vt nullus cuiuſcumque gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ eccleſiarum, vel donariis eccleſiarum, ſeu etiam quod pauperibus ſit tribuendum: quia (teſte ſcriptura) qui aliquid male accipit [b], vt bene diſpenſet, potius grauatur, quàm iuuetur. Quod ſi aliquis diuinorum pręceptorum, & animarum ſalutis immemor, præfatum beneficium eccleſiæ iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario auſu præſumpſerit, ſicut in Chalcedonenſi concilio definitum eſt [c]; gradus ſui periculo eum ſubiacere decernimus, nec miniſtrare poſſit eccleſiæ, quam pecunia venalē fieri conſtituit, & inſuper terribilis anathematis mucrone perpetuo (niſi reſipuerit) ab Eccleſia Dei, quam læſit, membris omnibus abſcindatur. Vrbanus verò quartus vel ſecundus Papa pari diligentia ſtudens hoc vitium ex eccleſia profligare, hāc contra illud conſtitutionē edidit [d].

*Beneficia eccleſiæ gratis & abſque vlla venalitate conferenda ſunt.*

*O Vtinam hæc in beneficiorū collatione ſeruaretur ratio.*

*Prouiſi de beneficio nihil pro eo poſtea dare poſſunt.*

*b. c. nō eſt putāda 1. q. 1. c. fortè. 14. q. 5.*

*c Cano. 2. & c. ſi quis Epiſcopus. 1. q. 1.*

*d in c. 1. de Simon. in extrauaga. commu.*

Ne in vinea noſtræ (licet inſufficientibus meritis) commiſſa cuſtodiæ, naſcentes vepres, & ſpinæ adeò conualeſcant, quod ſperatam fructificationem ipſius

valeant

valeant impedire; diligentiæ noſtræ incumbit offic
vt illas extirpare radicitus ſolerti ſtudio procurare
Sanè multorum fide dignorum relatione didicim
quod in nonnullis eccleſiis, monaſteriis, prioratibus
aliis locis religioſis tam virorum, quàm mulierum
dinum, regionum, & partium diuerſarum, deteſtab
& à canonibus reprobata ſeruatur abuſio, quod
perſonæ aliquæ recipiuntur ab eis ad obſeruanti
gularē, ipſæ temeritate præſumptuoſa paſtus
dia Capitulis, & conuentibus ipſarum eccleſiaru
naſteriorum, prioratuum, & locorum aut pecun
iocalia, ſeu res alias ipſis eccleſiis, monaſteriis,
tibus, & locis, ſeu præſidentibus eis, ex ſtatuto
ſuetudine (quæ corruptela eſt potius dicenda)
compelluntur: ex quibus decori eccleſiaſticæ,
culatæ religionis detrahitur. Quàm plures
execratione huiuſmodi criminis, quàm expe
re à ſacræ religionis propoſito retrahuntur; ip
cleſiæ, monaſteria, & loca famulantium De
tis numeris remanent deſtituta, & in multoru
tibus fidelium ſcandalum generatur. Nos ig

*Hac constitutione veteribus pœnis cōtra Simoniacos editis noua et grauior adijcitur.*

morbo peſtifero cupientes congruam adhibere
lam, & aliis pœnis in talia præſumentes inflic
in ſuo robore duraturis, pœnam adijcere grau
vniuerſis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Pr
& magiſtris, necnon Abbatiſſis, Prioriſſis,
Prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum o
libus quarumcumque etiam eccleſiarum, mona
rum, prioratuum, domorum & locorum quorun
religionum, ordinum etiam militiarium tam exe
rum, quàm non exemptorum, quocumque n
cenſeantur, ac Capitulis, & conuentibus, & ſing
bus perſonis eorum, tenore præſentium auctori
poſtolica (quamuis ſit eis à iure inhibitum)
inhibemus, ne tam à maribus, quàm à mulier

*Paſtus ſeu conuiuia pro receptione in eccleſiam vel monaſterium ſolui non debent.*

lentibus ingredi eorum religionem, eccleſias, mo
ria, prioratus, domus ſeu loca in earūdem perſon
receptione, aut ante, vel poſt illam, quoſcumque
prandia, ſeu cænas, pecunias, iocalia, aut res alias
ad vſum eccleſiaſticum, ſeu quemuis pium vſum
de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deputata, vel deputanda directè, vel indirectè petere, vel exigere quoquo modo præſumant, ſed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu, & veſtitu ſicut alias perſonas ſuarum eccleſiarũ, monaſteriorum, prioratuum, domorum, & locorum ſincera charitate pertractent. Illa duntaxat, quæ perſonæ ipſæ ingredientes pure, & ſponte, & plena liberalitate, omnique pactione ceſſante dare, vel offerre eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, domibus, & locis huiuſmodi voluerint cum gratiarum actione licitè recepturi. Nos enim, qui ſecus egerint, ſi ſint ſingulares perſonæ, tam dantes, quam recipientes huiuſmodi, excommunicationis; ſi Capitulum, vel conuentus fuerit ſuſpenſionis ſententiis eo ipſo decernimus ſubiacere. A quibus (præterquam in mortis articulo) abſolui nequeant abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Cæterum perſonis illis vtriuſque ſexus, quæ iam labe huiuſmodi ſunt fœdatæ, earum prouidentes ſaluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quod per ſuos locorum diœceſanos hac vice dumtaxat à crimine huiuſmodi, & nota infamiæ inde contracta, auctoritate Apoſtolica abſoluantur. Canonica proinde ipſis pœnitentia ſalutari impoſita, de qua ipſorum diſcretioni videbitur expedire; & demum cum ipſis, vt in earum eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, dignitatibus, & locis licitè valeãt remanere, miſericorditer diſpenſetur. Inſuper erga perſonas illas, quæ in præmiſſis recipiendo aliqua cõtra canonicas ſanctiones peccaſſe noſcuntur, volentes nos reddere gratioſos, omnia recepta huiuſmodi, ſi ad communem vſum monaſteriorum, ſeu locorum eorum ſunt applicata, ea ad eundem vſum licitè cõcedimus retineri. Si verò ad ſpecialem vſum Abbatis, ſeu Abbatiſſæ, Prioris, aut Priorissæ, aut alterius ſingularis perſonæ retineantur, illa venire præcipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, conceſſionis, & præcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

*Quæ ſponte, liberaliter, & abſque vlla pactione eccleſiis vel monaſteriis ab ingredientibus donantur, recipi poſſunt.*

*Pœnæ nouæ huius conſtitutionis cõtra Simoniacos.*

Si quis

*Obiectio,*
*An concilium Trident. permittat dari in admiſſione ad poſſeſſionem, quæcunque in vſus pios conuertuntur.*

Si quis verò contra hanc Vrbani, & prædictam A-
xandri conſtitutionem obijciat; concilium Triden-
num tantùm vetare, & prohibere illa dari in poſſ-
nibus, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem, quæ in vſus
non conuertuntur: Itaque videtur permittere,
lis dentur, quæ in vſus pios conuertantur. Deinde
licitum, & Simoniacum eſſet, aliquid in admiſſione
poſſeſſionem à nouis Canonicis recipere, illud
à Pontificibus, & Epiſcopis nõ fuiſſet toleratum.
circa ſciendum quod multa per patiẽtiam Superior
tolerentur, quæ, ſi deducta eſſent in iudicium,
te iuſtitia non tolerarentur [a]. Deinde notum eſt
iuris axioma; multa tolerari facta, quamuis
ſint, ne fiant [b]. Cæterum tolerantia Superiorum
non excuſat aliquos; quia habent concurſum
ni, vt Felinus aſſerit [c], in illius probationem
Alexandri Papæ conſtitutionem allegans.
ad concilium Tridentinum pertinet diligenter
maduertendũ & obſeruandum, per illud non
ſimpliciter & generatim in præmiſſis dari quæ
ſus pios conuertenda; ſed mandat Epiſcopis,
cumque huiuſmodi in vſus pios non conuertenda
que ingreſſus eos, qui Simoniacæ labis aut
auaritiæ ſuſpicionem habent, fieri non permittant;
que diligenter de eorum inſtitutionibus, ſiue
dinibus ſuper prædictis cognoſcant, & illis
quas vt laudabiles probauerint, exceptis,
prauas abijciant & aboleant.

*Alia obiectio, An tolerantia pontificum non excuſet canonicos à Simonia.*
*Reſpõſio ad poſteriorem quæſtionem.*
*a c. cũ iam dudum. de præb. gloſſ. in c. fin. in verb. permittit, diſt. 3.*
*Reſponſio ad priorem quæſtionem.*
*b c. 1. de eo qui duxit. in matr. ca. rurſus. qui cler. vel vouen. c. Lugdunenſis. 9. q. 2. et c. quod quidam 1. q. 1.*
*c Felin. in cap. Iacobus. de ſimon. alleg. d. c. ex multis. & Panor. in ca. 1. de Simon.*

Canonum verò interpretes [d] tradunt non valere
ctum, vel ſtatutum, quod aliquid ſoluatur à recipi-
recipiendo in Canonicum, etiamſi illud conuertendum
ſit in pios vſus. Atque hanc ſuam ſententiam
mant per ſupradictas Alexandri, & Vrbani
tiones. Conſuetudinem verò requirentem,
detur conuertendum in pios vſus, valere aiunt
conuerteretur à Canonicis in vſus proprios.
ex ſtaturo impoſitum ſit onus præbendæ in
cultus diuini, illud valere quoque dicunt.
lum ſit ſtatutum, vel cõſuetudo ſuper præmiſſis

*d gl. in c. cum in eccleſiæ. c. veniens & c. Iacobus. de Simo. et ibid. Panor. & Felin. qui eandem materiã pulchrè tractant in c. cum M. de conſtit. item Hoſtien. & Io. And. in cc. ſuprà alleg. Syluest. in verb. ſimonia.*

nus, tunc nihil debet à recepto, vel recipiendo exigi, ſed conuertendum in diuinum cultum, vel vſus alios pios. Quocirca R^{mus} noſter Dominus Epiſcopus Iprenſis ſtatuit, atque reſcripſit quibuſdam decano & capitulo, ſe non permittere, vt nouam ordinationem, in grauamē eorum, qui ad beneficij ſui poſſeſſionem admitti cupiunt, licet ad fabricæ quidem vſus facerent; niſi rationibus ſibi antea communicatis, & à ſe approbatis. Nihilominus ſi fabrica parum haberet, & multis indigeret, permiſit, vt ſublatis & planè abrogatis his, quæ Canonicis pro receptione ad poſſeſſionem, & pro paſtu ſolui ſolent, conſtitueretur rationabilis ſumma ſoluenda ad ſubſidium oneris fabricæ, etiā vſque ad ſex libras grosſorum, modo ea ſolutio fieret de fructibus beneficij primo quoque tempore ceſſuris poſt vacationem, prædeceſſori in poſſeſſione eiuſdem beneficij non obtentis[a]. Noluit tamen dici, quod ſumma, deſtinata pro paſtui, conuerteretur in vſum fabricæ, propterea quod exigere paſtum apertè vetitum eſſet, etiam ſub pœnis. Sed pro cauſa ſolutionis allegaretur illius temporis prouentus, & onera grauia. Ad tollendum verò, & extirpandum abuſum ſupradictum, qui in admiſſione ad poſſeſſionem Simoniæ vel auaritiæ ſuſpitionem habet, inſignem deſuper cōſtitutionem edidit Pius Papa V. quam hic ſubiungimus.

[a] Io. And. in d. c. cum in eccleſ. Io. Turnhou. Driedo. de liberta. Chriſt. lib. 1. cap. 11.

*Reuocatio priuilegiorum, & ſtatutorum, quod fructus beneficiorum primi anni, aut alterius temporis, ex quo vacarunt, cedant Capitulo, vel alij loco. Quæ verò ſunt conceſſi fabricæ, ſeu ſacriſtiæ, ſeu pio vſui vltra ſemeſtre, deinceps ſint illis pro dimidia, reliquum capiat beneficiatus.* CAP. V.

PIVS V. EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM *rei memoriam.*

DVrum nimis, & incommodū arbitramur, quod eccleſiarum miniſtri in ijs, quæ ad ipſorum ſuſtentationem ſuppeditantur, diſpendia patiātur. Quocirca cùm ad hanc rem, ſimulque prohibendam ab Eccleſia Dei auaritiæ prauitatē editas antehac ſanctiones minimè ſatis eſſe intelligimus, nouæ conſtitutionis

*Notantur quidã abuſus Capitulorum cathedralium, et collegiatarum eccleſiarum.*

ſubſidio cogimur prouidere. Cùm itaque aliis ex plurium eccleſiarum cathedralium, & collegiatarum conſtitutionibus, aut ex praua conſuetudine obſeruari intelligeretur, vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia prouiſione, ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius cathedralis eccleſiæ, vel beneficii, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus ſolutiones, promiſſiones, compenſationes illicitæ, aut etiã quæ in quibuſdam eccleſiis dicuntur turnorum lucra interponerentur, licet S. Synodus Tridentina hæc deteſtata mandauerit Epiſcopis[a], vt quæcumque huiuſmodi in vſus pios non conuerterentur, atque ingreſſus eos, qui Simoniacæ labis, aut ſordidæ auaritię ſuſpitionem haberent, fieri non permitterent: Ipſique diligenter de eorũ conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcerent, & illis tantum quas probarent, exceptis, reliquas, vt prauas, & ſcandaloſas reiicerent: Eos verò, qui aduerſus prædicta quoquo modo ratione commiſiſſent, pœnis contra Simoniacos teneri decreuerit; Multorum tamẽ indomita cupiditas tam prædicta, quàm alia ad beneficium, & commodum ipſorum miniſtrorum edita, aut omninò contemnuntur, aut in varios ſenſus traducta perperam eluduntur.

[a] *ſeſſ. 24. de refor. cap. 14.*

*Reuocatio priuilegiorum & abolitio ſtatutorũ, quod fructus primi anni aut alterius tẽporis cedãt Capitulo vel alij loco.*

Quare nos pro diuini cultus exercitio, ſimulque peccatorum ad illum auxilio, plenius, euidentiusque conſulendum fore rati; reuocamus, & abolemus omnia & quæcunque priuilegia, cõſuetudines, & ſtatuta quæcumque eccleſiarum cathedralium, & metropolitanarum, ac maiorum, necnon collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut alio quouis præſidio munita, ac etiam ſupra hominum memoriam longiſſimo, & quantocumque tempore, etiam continuo obſeruata, ſiue pro perſoluendis eccleſiarum, & Prælatorum debitis, ſiue pro ſupportandis eorum oneribus, ſiue aliis etiam maioribus, maximis, & vrgentiſſimis cauſis conceſſa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extenſa, & moderata, quod vacantibus ipſarum eccleſiarum dignitatibus, cano-

[dign]itatibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & officijs, [ac fr]uctibus, ac etiam quotidianæ diſtributiones ex eis pri[mo] ab ipſa vacatione anno, aut longiore, vel etiam [b]reuiori tempore prouenturi menſæ Epiſcopali ſeu Ca[pit]ulari, aliiſue loco integre, vel partim remaneant, ſeu [a]pplicentur, aut in communes vſus cedant, ſeu inter [a]lios Canonicos, & perſonas eccleſiæ, ſeu Capituli di[u]idantur. Quodque nullus etiam Apoſtolica auctori[ta]te prouiſus in Canonicum recipi, aut ad dignitatem [ſe]u portionem, beneficium, vel officium admitti, vel [a]lias in eius poſſeſſionem induci poſſit, niſi prius de [ob]ſeruandis huiuſmodi priuilegijs, conſuetudinibus, [&] ſtatutis iuramentum præſtiterit, & obtentæ illorum [de]rogationi; ac fructuum, & diſtributionum perceptio[ni re]nuntiauerit, ſeu Capitulo, & perſonis prædictis [ob]tulerit, ſeu (vt appellant) dulciaria, aut quid aliud præ[ſti]terit. Quorum omnium tenores, cauſas, & effectus [h]abentes præſentibus pro expreſſis, quibuſcumque illa [c]oncepta ſunt formulis, necnon irritantibus, & aliis de[cretis r]oborata. Volentes ea omnia vires, & effectum [d]e cætero non habere.

*Abolitio iuramenti præſtandi de huiuſmodi priuilegiis, cõſuetudinibus, & ſtatutis obſeruandis.*

[Præ]cipimus igitur, & interdicimus omnibus Epiſco[pis], Capitulis, Collegiis, & perſonis ad quos id perti[n]et, ne poſthac fructus, aut diſtributiones huiuſmodi, [n]ec prorſus vllam eorum partem retineant, neue ipſo[rum] ceſſionẽ, vel renuntiationem, aut dulciaria, aut alia [q]uomodocumque petant, vel exigant, aut quenquam [ſiue] ordinaria, ſiue Apoſtolica auctoritate prouiſum [ad] præſtandum huiuſmodi iuramentum inducant, aut [ob] prædicta non facienti poſſeſſionem impediant, vel [re]moreentur. Quicumque contra fecerint, ſi eccleſia[rum] Antiſtites, tam diu à pontificalis officij exerci[tio] ſint ſuſpenſi, donec ſatisfactione præuia illis per [Se]dem Apoſtolicam ſuſpenſio relaxetur: Capitula [ve]ro, & Collegia quæcumque eccleſiaſtico ſubia[ce]ant interdicto, ac ſingulares perſonæ in excommu[ni]cationis ſententiam incurrant, à qua, niſi in mor[tis] articulo conſtituti ab alio quàm à Romano Pon[tifi]ce abſolutionis beneficium nequeant obtinere. De[cer]nentes huiuſmodi præſtita iuramenta non tenere,

*Præceptum, et interdictum, ne prouiſi à poſſeſſione beneficiorũ ſuorũ impediantur, vel remorentur.*

*Pœna non obſeruantiũ hanc conſtitutionem.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec quenquam illis obligari; quinimò iurãtes in huiuſ-
modi cenſuram incidere; necnon irritum, & inane qui-
quid ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter, vel igno-
ranter contigerit attentari.

*Ex fructibus beneficiorũ collatorum quantum fabrica, vel alius locus pius recipere debeat.*

Et nihilominus ſtatuimus, vt vbicumque huiuſmo-
di fructus, & diſtributiones fabricæ, vel ſacriſtiæ, aut
alterius pij loci vſibus vltra ſemeſtre tempus reperian-
tur conceſſi, horum dũtaxat dimidia pars ipſi ſacriſtiæ,
vel fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur: alteri vero
beneficiati prædicti integrè percipiant: Non obſtantibus
cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contra-
riis quibuſcũque: Aut ſi aliquibus communiter, vel di-
uiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici,
ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas A-
poſtolicas non faciẽtes plenam, & expreſſam ac de ver-
bo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. De-
creto prædictæ Synodi, ac etiam conſtitutione a bo. me-

*a c. ſuſcepti. de electi. in extrauag. Ioan. 22.*

*Ius percipiendi fructus beneficiorum vacantium ante poſſeſſionis apprehenſionẽ relinquitur unicuique integrum.*

cord. Ioannis Papæ 22. quæ incipit: Suſcepti, & aliis
iuribus de hac re diſponentibus, nihilominus in ſuo
ſuo robore duraturis. Cæterum per prædicta non inten-
dimus illis præiudicare Capitulis, Collegiis, aut
aut perſonis fructus, & diſtributiones inter vacationem
beneficiorum, & eorum collationem ſiue poſſeſſionis
apprehenſionem prouenientes ex ſtatuto, conſuetudi-
ne, vel priuilegio, huiuſmodi percipiẽtibus, vel recipien-
tibus, quo minus ipſi illos, vt antea exigere valeant, &
habere. Poſtremò volumus, vt præſentium exempla,
etiam impreſſa notarij publici manu, & Prælati eccle-
ſiaſtici eiúſue curiæ ſigillo obſignata eãdem illam pror-
ſus fidem vbique locorum in iudicio, & extra faciant
ciant, quam facerent ipſæmet præſentes, ſi eſſent exhi-
bitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat
hanc paginam noſtræ reuocationis, abolitionis, præce-
pti, interdicti, decreti, ſtatuti, intentionis, & volun-
tis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis
autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem om-
nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolo-
rum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud
S. Petrum anno incarnationis Dominicæ 1570, pridie
Calendas Iulij, Pontificatus noſtri anno quinto.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Alij quidem modi quibus Simonia in eccleſiis cathedralibus, vel collegiatis ferè committi ſolet in beneficiorum acquiſitione.* CAP. VI.

CAEterum, quia Paſchalis Papa ſcripſit, & declarauit[a], Simoniacos velut primos, & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos; &, ſi commoniti non reſipuerint, ab exteris etiam poteſtatibus opprimendos, omniaque crimina ad comparationem Simoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputari; operæpretium nobis videtur, ſi inſuper alios modos quoſdam, quibus illa in eccleſiis cathedralibus, & collegiatis potiſſimum committi ſolet, enarremus. Deplorat enim Damhouderius[b], quod his noſtris temporibus tam multos hoc Simoniæ vitio illaqueatos conſpiciamus, exclamans, & temporale, & ſpirituale hodie venalitati expoſitum eſſe. Committitur itaque pręter iam dicta hoc Simoniæ vitium, ſi detur, vel promittatur pecunia alicui, vel beneficium, pro voce, ſeu conſenſu electionis[c]. Et ſi quis ob illã cauſam beneficium pro electione receperit, aut hoc in iure confeſſus fuerit, vel legitime conuictus, ab altaris miniſterio perpetuò eſt deponendus. Si verò id quidem manifeſtum eſt, nec tamen inde conuictus, vel confeſſus fuerit, ſed tantùm publica laboret infamia, illi canonica purgatio debet indici; in qua ſi defecerit, tanquam auctor tanti ſceleris eſt puniendus[d]. Item ſi eligatur aliquis, vt alicui tertio prouideat, vel remuneret[e].

Item, ſi conferatur beneficium famulo in compenſationem ſeruitiorum[f], vel eidem promittatur penſio, vel ſtipendia quouſque de beneficio ipſi prouideatur, præſertim ſi Prælatus principaliter ducatur ad cõferendum propter ſeruitium temporale ſibi præſtitum: & ſimiliter ſi etiam famulus principaliter ſeruiat ad beneficium conſequendum[g].

Item, ſi conferatur beneficium conſanguineo, vt ille illud ditetur, & inde aliis conſanguineis prouideatur, vel familia ſeu parentela exaltetur, & potentior ſit, ipſeque collator per hoc laudetur, & magnificetur[h]. Item ſi detur familiaribus, vel miniſtris colla-

a *in c. fin. 1. q. 7. arg. ca. quotiens, et ibi Panor. de Simon.*

b *in prax. crim. cap. 61.*

c *arg ca. Mattheus, et ibi Panor. de Simon. & in ca. nobis fuit. & in cap. cũ eſſent. ibid.* Magnitudo & grauitas criminis Simoniæ.

d *c. de hoc de Simon.*

e *c. quam pio. 1. q. 2. & Rebuff. in cõcord. de elect. derog. alleg. Rom. cõſil. 359. Ioan. de Selua, in trac. de benef. in prima part. quæſt. 7.*

f *ca. ſicut nonnulli. 1. q. 1. et Rebuff. d. loco. & in prax. benef. tit. quot. mod. benef. acquiran. part. 3. Inno. in c. tuã. de ætate & qualit.*

g *arg. ca. cum eſſent, et ibi glo. & Panor. de Simon. Rebuff. in cõcord. d. loco alleg. Innoc. in ca. tuam, de ætat. & qual.*

h *Syluest. in ſumma in ver. Simonia. §. 13. verſ. 6. et §. 16. verſ. 4. Panor. in c. cum ... de Simon. Rebuff. in cõcord. de elect. derog. in verb. ſanguinis.*

collatorum beneficium, vel pecunia a.

Item quando confertur beneficium alicui indignè ad preces alicuius [b]. Vnde in defenſorio concordatorum Franciæ referente Rebuffo legitur [c]: Propter ipſam pragmaticā nulla libera, ſed coactiua potius electio fiebat, & vt plurimum beneficiorum pollicitationes, munera & donationes interueniebant mulierumque preces importunis, & ſuaſu aſſiduo ſæpiuſcule faſtidiebant electiones, & eligentium conſanguinei, aut amicitiæ nexu coniuncti illas nonnunquam pro voto tradebant electi inſuper & ad electiones dirigēdas nominati charitatis tentigine, ſed inſatiabilis æris eporandi gluuie, aut quauis alia traducti corruptela eligentium vota, & mentes inuertebant, bellico etiam furore vi quadam armorum, & more bacchātium, qui [illegible] in cornu gerunt, plerique animarum ſuarum immemores ecclesijs iure, vel iniuria intrudebantur, inſiliebant, ipſarum dotes & patrimonia diripi[illegible]

Præterea Simonia committitur, ſi pars redituum beneficij conſtituatur alicui ex pacto propter illius præſentationem vel aſſumptionem [d]. Item Simonia committitur ex ſola [illegible]tione dādi temporale pro ſpirituali, dummodo [illegible]tium adimpleuerit illam [e].

Item à vitio Simoniæ immunis non eſt, ſi quis ad redimendam vexationem pro iure in re ſpirituali [illegible]rendo aliquid det; quia tunc propriè non redimitur vexatio, ſed datur, vt facilius ius ſpirituale acquiratur. Pro iure autem acquiſito, ſi in illius ſit poſſeſſione [illegible] de facto moleſtetur, licitum quidem eſt illi, qui [illegible]ſtatur aliquid dare ad redimendam vexationem, [illegible]cipiēs ad illius reſtitutionem tenetur [f]. Si verò [illegible]pus eum iuſtè vult deponere, vel alius iuſtè [illegible] vel forte alius prætendit ius in beneficio, tunc [illegible] non licet aliquid dare. Cæterum ſi quis non eſt in poſſeſſione iuris iam prætenſi, tunc pro illa acquirenda, cùm ſit quid ſpirituale, vel ſaltem cōnexa cum ſpiritualibus, propter adminiſtrationem, quæ inde ſequitur, nihil dandum eſt [g].

In quibuſdā verò eccleſiis cathedralibus & collegiatis ab antiquo irrepſit conſuetudo, vt lite pēdente [illegible]

a gloſ. in ſumma. 1. q. 1. & in c. cito ibid. Panor. in c. veniēs. de Simon.

b gloſſ. et Innoc. & a'ij in c. tuam. de ætat. & qual. Sylueſt. in ſumma in verb. ſimonia. §. 16. ver. 3.

c in concord. de elect. dereg. ad verb. rei temporalis.

d Panor. in c. non ſatis. de Simon.

e Panor. in c. veniēs de Sim.

f Panor. in c. tuanos. & in c. audiuimus. et in c. dilectus 1. de Simon.

g Panor. in c. dilectus. c. Matthæus. & c. ad aures. et per iura ab eod. alleg. de Simon.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneficio; fructus illius & diſtributiones cedāt Capitulo ſeu Canonicis eiuſdē eccleſiæ in ſuos vſus & vtilitatem conuertenda: vel vt reſtituātur poſtea ei, ad quem per litis deciſionem & ſententiam beneficiū pertinere oſtendetur & probabitur. Atque hac occaſione & ratione lites ipſæ plerumque fiunt immortales, non ſine magna diuini cultus & officij diminutione; & quod dolendum ac deplorandum eſt maximè, ipſi fundatores precibus pro animabus ſuis in diuino officio ac ſacrificio fundendis impiè & iniuſtè defraudantur. Quocirca prouiſi de beneficio, ad huiuſmodi lites ſubterfugiendas & euitandas, vel abbreuiandas; & quo citiùs atque faciliùs fructibus ſui beneficij potiri ac vti poſſint, frequenter cum Capitulo & Canonicis, vel inter ſe pacta, tranſactiones, & donationes faciunt, quę vitio Simoniæ nō carent, vel ſaltem laicos plurimum ſcandalizant. Quare Pius V. papa ad extirpandum & profligandum huiuſmodi abuſus & conſuetudines, inſignem hanc edidit his verbis conſtitutionem.

*Super deponendis fructibus & diſtributionibus beneficiorū lite pēdente Pij Papæ V. conſtitutio.*

Cum nobis eſt lites minuere, & à laboribus ſubditos, maximè perſonas eccleſiaſticas diuino cultui dedicatas releuare: Sanè cùm, ſicut accepimus, in pleriſque cathedralibus & collegiatis eccleſiis earum conſuetudinibus & ſtatutis etiam à ſede apoſtolica approbatis & confirmatis cautum ſit; quod occurrentibus litibus & controuerſiis inter prouiſos de dignitatibus, officiis, canonicatibus & prębendis, portionibus & præſtimoniis, cæteriſque beneficiis eccleſiaſticis qualitercunque qualificatis tam ordinaria, quā apoſtolica auctoritate, tam ſuper illorum prouiſione ſeu inſtitutione, aut poſſeſſione, quàm illorum idoneitate, & habilitate, aut alias ex quauis cauſa & eorundem ad dignitates, canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia eccleſiaſtica prædicta admiſſione, & receptione, & Capitulum & Canonicos, cæteraſque capitulares perſonas, ad quos admiſſio & receptio tam de iure, quàm ex conſuetudine ſpectat & pertinet, aut etiam alias perſonas eccleſiaſticas aſſerentes beneficia prædicta ad ſe de iure ſpectare, ipſi ſic prouiſi interim beneficiorum huiuſmodi fructus ac diſtributiones non percipiant,

ſed Capitulum & Canonici illas vel in ſuos vſus & vti-
litatem conuertendas, ſeu reſtituendas ei cui de iure re-
ſtituendæ erunt, recipiant, prout in dictis conſtitutio-
nibus, & ſtatutis ſeu conſuetudinibus continetur, quo
factum eſt, vt lites huiuſmodi immortales efficiantur,
nec earum optatus finis videri poſſit. Hinc eſt, quod
nos hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione autori-
tate apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, quod
fructus, reditus, atque prouentus ac diſtributiones, cæ-
teraque emolumenta, quæ vigore conſtitutionum, con-
ſuetudinum & ſtatutorum prædictorum à Capitulo &
Canonicis recipienda (vt præmittitur) erant, ac
non ab iiſdem Capitulo & Canonicis recipiantur,
penes perſonam fide & facultatibus idoneam per iudi-
cem coram quo cauſæ huiuſmodi pendere reperie-
rint, eligendam & nominandam deponantur, ren-
da ei, cui de iure poſtea reſtituenda fuerint: ſic
per quoſcumque iudices & commiſſarios quauis aucto-
ritate fungentes in quauis inſtãtia iudicari debere, ſub-
lata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi &
interpretandi facultate. Irritum quoque & inane decer-
nimus ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate
ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non ob-
ſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis apoſtolicis, necnon
in prouincialibus & ſynodalibus conciliis editis gene-
ralibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationi-
bus, & quarumuis eccleſiarum prædictarum etiam iu-
ramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis alia fir-
mitate roboratis ſtatutis & conſuetudinibus etiam im-
memorabilibus, priuilegiis quoque, indultis & lite-
apoſtolicis illis, eorumque apoſtolicis & ſuperioribus
per quoſcunque Romanos pontifices prædeceſſores
ſtros ac nos, & ſedem apoſtolicã ſub quibuſcunque
noribus & formis ac cum quibuſuis etiã derogatoria
derogatoriis aliiſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis,
nec non irritãtibus & aliis decretis etiã motu proprio
& ex certa ſcientia, ac quauis etiam imperiali, vel
conſideratione, vel inſtantia & aliàs quomodolibet con-
ceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam
ſi pro illorum ſufficiẽti derogatione, ſpecialis, ſpecifica

indiuidua & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, perinde ac ſi tenores huiuſmodi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, inſerti, & forma in illis tradita obſeruata foret, pro ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter & expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Quodque literæ ipſæ cameræ vel cancellariæ apoſtolicarum & audientiæ cauſarum palatij apoſtolici valuis, & in acie cāpi Floræ dimiſſis inde copiis, publicatæ & affixæ omnes ita afficiant, & arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ eſſent. Nulli ergo hominum omninò liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, decreti, derogationis, voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, tertio Calend. Aprilis, pontificatus noſtri anno tertio.

*Ca. Glorierius.*

Adhæc quicumque vicedominatum, vel aliam eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationem per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes, quàm vendentes cum Simone percelluntur, & ab illa eccleſia, in cuius contemptum dare pecuniam, vel accipere voluerunt, iuſtè excluduntur[a].

Simoniacum eſt & illud: ſi quis à quocumque publicè peccante emolumentum quodlibet accipiat, vt Epiſcopo, vel miniſtris eius peccatum illius cælet: quia nullo reſpectu cuiuſque perſonæ, conſanguinitatis, familiaritatis detrectare debet hoc Epiſcopo indicare. Nec quenquam pœnitentem, vel minus dignè pœnitentem gratia, vel fauore ad reconciliationem addu-

a *ca. conſulere. & ibi Panor. de Simon.*

 cere,

cere, & teſtimonium reconciliationis ferre eidem,
quocumque liuore dignè pœnitentem à reconciliatio-
ne remouere poteſt: quia & hoc Simoniacum eſſe
conſtat [a].

Cæterum notandũ & illud, quod ſicut Simoniacum
eſt, mediante pecunia, vel pacto rem ſpiritualem ac-
rere; ita etiam Simoniacum eſt, debitum, vel p
remittere ad acquirendam rem ſpiritualem, ſeu an-
nexam. Dare enim intelligitur, qui quod ſibi debetur
remittit [b].

Deindè, ſi non Simoniacè, ſaltem iniuſtè acquiri
beneficium, quod precibus hæreticorum fuerit
tum. Nam Alexander Papa quartus generali con-
tione [c], quoſcumque viros eccleſiaſticos, qui
huiuſmodi peſtilentium perſonarum dignitat
natus, & quæcumque alia eccleſiaſtica bene
adepti, ex tunc de facto priuauit taliter acqu
lens quod tales, & habitis careant perpetuo
ceperint illa ſcienter, ad alia vel ſimilia nequaquam
poſterum admittantur. Nec mirum, neque
mis iſtud cuiquam videri debet, cùm & electio
Simoniam electo ignorante, & ratã non habe
miſſa penitùs ſit reprobanda, niſi conſtaret illam
niam per fraudem in diſpendium eligendi
factam eſſe [d]. Imò ſecundum ſacrorum canonum
tuta etiam paruuli, qui cupiditate parentum
ſias per pecuniam ſunt adepti, eas dimittere ten
De quibus Rebuffus ſic ſcribit in praxi ſua benefi-
ria [f]: Sunt & multi, inquit, parentes, qui
filiis, vel conſanguineis beneficia, & eis per
nefas acquirunt: ſed patres, & filij in inferno
que cruciabuntur, & iſtorum ſtultorum infi
numerus, vt ſcribit Eccleſiaſtes [g]. Sed vtinam
gerent, & nouiſſima prouiderent, & illud
præ oculis haberent: Quid prodeſt homini,
ſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum
patiatur? Aut: Quam dabit homo commutationem
pro anima ſua [h].

Vnde & D. Bernardus contra Simoniacos
ciens [i]: Sed nec eorum, inquit, ſacrilegia recenſ

a *ca. nemo. de Simon. & ibi Panor.*

b *c. querelam. & ibi Panor. et alii. de Simo. c. talia. 8. q. 3. Goffr. in ſumma. tit. de ſim. Felin. in ca. veniens. de teſtib.*

c *in ca. 2 §. ad hæc. de hæret. in 6.*

d *ca. nobis. de Simo & ca. ſi alicuius. de elect.*

*Paruuli quorũ parẽtes pſis beficia per pecuniam procurarunt, ea dimittere tenentur.*

e *cap. ſicut de Simon.*

f *tit. quot modis benef.*

g *cap. 1.*

h *Matth. 6.*

i *in ſerm. ſup. illo, ecce nos.*

qui diligunt munera, ſequuntur retributiones, vendunt ſacramenta, iuſtitiam produnt, quorum guttur necdum traxit ad laqueum, necdum præuocauit fauces eorum blaſphemiæ, vox ſacrilega, ſermo nequam[a]. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Videmus hæc omnia, ſed quodammodo non videntes, quippe quibus nec flagellum eſt, nec ille comedens tinea. Manifeſta loquimur, & quæ vix aliqui erubeſcant. Poſtremò & nos in clero fuimus. Liceat vel nobis ſcrutari. Videte vocationem veſtram, ait vocatus Apoſtolus[b]. Conſideremus & nos, an vocati venerimus, & vocati à Deo, cuius nimirum hæc eſt vocatio. Non communem modò vocationem dixerim, qua ſane iuxta eundem Apoſtolum[c], quos prædeſtinauit; hos vocauit. Si quis vocauerit nos in honorem cleri, conuenire velim conſcientias ſingulorum, vt ſecundum preceptum Domini[d], ad cor Hieruſalem loquar. Huic enim paruulo adhuc, aut forſitan necdum nato eccleſiaſtica iam beneficia prouida ſanè parentum ſolicitudo parabat. Hunc nos, inquiens, illi, vel illi tradamus Epiſcopo, apud quem habemus gratiam, aut cui bene ſeruiuimus, vt ditetur de bonis Domini, nec inter liberos noſtra diuidatur hæreditas. Illum Præpoſitus, aut Decanus, vt ſibi ſuccederet, plus quàm paterno educauit affectu, in deliciis enutriens, & deliciis. Ille dignus Archidiaconatu, vtpote filius Principis, magis autem, ſi ſit Epiſcopi conſobrinus, in quem nimirum tota eſt Epiſcopata progenies. Alius vndique circuit ſedulus explorator, blanditur, obſequitur, ſimulat, & diſſimulat, miſeraque ſibi ſuffragia non erubeſcit mendicare, manibus, & pedibus repens, ſi quomodo tandẽ aliquando ſe ingerere queat in patrimonium crucifixi & bona, quæ ſola ex omnibus hodie inueniuntur expoſita. Nimirum peregrè profectus eſt, ſed in plenilunio fortè, vt ſua diſtrictè repetiturus, rediturus. Quis ea intentione gradus eccleſiaſticos, & miniſteria ſanctuarij quærit, imò quæritur (quia nempe potius, quàm ipſe quærere debuerat) vt liber curis ſeculi in ſanctimonia cordis, & corporis famulandus accedat ad Dominum, & ſuam pariter, ac pro-

a *Matth.* 26.

b 1. *Corinth.* 1.

c *Roman.* 8. *Epheſ.* 1.

d *Iſa.* 40.

*Parentum ſolicitudo in parando filiis ſuis beneficia.*

*Solæ bona Domini hodie inueniuntur expoſita.*

*Qua intentione beneficia quæri debeant.*

ac proximorum operetur ſalutem, orationis ſtudio a-
ditus, & verbo prædicationis? Nam ſi eos eo quo
aut tenet animo, eoque intuitu, vt huius vitæ ha-
neceſſaria, euangelizat, vt manducet, & peruerſo
ordine cæleſtibus terrena mercatur. Quàm
gnius, ampliuſque conſentaneum rationi, vt p
nali victu carnalia magis opera, & negotia
nec fieret inuerſor rerum, aut inhonoraret mini
*Modico eſt natura contenta.* ſpirituale. Sed modico eſt natura contenta, qu
ſola in his neceſſaria quærunt; quippe minori
tis obtinenda periculo. Honorati incedere volu
cere ſtudent hominibus, delectari, & ſuperbe
ſeculo per omnia conformari. Audi querelas Do
quid ſuper hac tanta hominum temeritate
tiens redditor, pœnitentiam magis cupiens
*a Oſeæ 8.* dictam: Ipſi inquit [a], regnauerunt, & non ex
*Querela Domini contra Simoniacos.* cipes extiterunt, & ego non vocaui eos. V
quidem in ordinibus eccleſiaſticis, cæteri
ctuarium pertinentibus, honorem quærēte
aut diuitias, ſeu corporis voluptatem, po
ſua ſunt, non quæ IESV Chriſti, manifeſte p
indubitanter, non ea, quæ Deus eſt, charitas,
à Deo, & quæ omnium radix malorum eſt
introducit. Quid iſtud temeritatis, imò quid
eſt? vbi timor Dei? vbi mortis memoria? vbi
næ metus? & terribilis illa expectatio iudicij?
nec cubiculum, nec cellam ingredi, niſi Rege
cente præſumit; tu irreuerenter irruis, nec vo
*b Cantic. 1.* introductus. Trahe me poſt te, (ait illa [b]) in odo
vnguentorum tuorum curremus. Nunc autem
ſua quemque voluptas; & odorem turpis lucri
tes quæſtum æſtimant pietatem, quorum
damnatio.

*Circa diuina officia, & vicariorum conductiones quo*
*monia committatur.* CAP. VII.

HActenus modos aliquot recenſuimus,
Simonia in acquiſitione beneficiorum,
num committatur; nunc quomodo in
executione eadem incurratur, dicemus: Si quis

pro adminiſtratione ſpiritualium, faciendo officia, quæ ſibi per ordinum collationem data ſunt, & commiſſa, aliquid temporale per modum pretij acceperit, Simonia committitur: ſed recipere ſpontè oblatum ſecundum ordinationem eccleſiæ, vel conſuetudinem approbatam per modum eleëmoſynæ, aut ſtipendij, in ſuſtentationem, & alimentum vitæ licitum eſt[a]. Quia, vt D. Paulus inquit[b], qui in ſacrario operantur, de his, quæ in ſacrario ſunt, edunt: & qui altario ſeruiunt, de altario participant. Si verò diuinis officiis peractis, & ſpiritualibus adminiſtratis, nihil ad vitæ ſuſtẽtationem ipſis, qui officia fecerunt, ſoluatur, poterunt debitores ad ſolutionem ſecundum iuris pontificij diſpoſitionem per ſuperiorem cogi[c].

a c. quicquid. 1. q. 1. ca. non ſolum. & c. res eccleſiæ. 1. q. 3.
b 1. ad Corint. 9. cap.
c c. ad apoſtolicam. & ibi DD. de Simon.

Præterea cùm omnis pactio, & conuentio in ſpiritualibus ceſſare debeant, propterea quòd fere Simoniam indicant, tacitam vel expreſſam[d], dubitandum non eſt, quin in conductione vicariorum frequenter vtrinque Simonia committatur. Nam ſi conueniant, & pactum faciant ſuper ſtipẽdio, tanquam pretio miſſarum vel aliorum ſacrorum ordinum, ſeu officiorum diuinorum, à Simonia excuſari nullo modo poſſunt. Nam Innocentius IIII. Papa, cui prima inter canonum interpretes tribuitur auctoritas, expreſsè dicit[e]; quòd proprio ſacerdoti nec ad diem, nec ad annum licet aliquid recipere pro diuinis officiis dicendis; ſed paciſci poteſt, vt habitet ſeu moretur in aliqua eccleſia, & ibi diuina celebret, ac pro illo, vitæque ſuæ ſuſtentatione ſtipendium accipiat; ita tamen, inquit, vt nunquam pro diuinis aliquid accipiat, ſed pro manſione, operis miniſterio, & labore, & aliis officiis, quæ ibi facit. Atque huic ſententiæ aſtipulatur quoque Adrianus ſextus Papa[f], & alij. Sylueſter tamen dicit[g], iſtam conductionem non ſic eſſe intelligendam, quaſi illam emendo, vendendo, aut paciſcendo propriè fiat, ſed per modum eleëmoſynæ aliquis tantum offert, ſi vult in tali loco celebrare, & ille acceptet: quam ſpem de oblato ſtipendio, ſi deducat in pactum expreſſum, vel tacitum, Simoniacus eſt, inquit, præſumptus, quo ad eccleſiam. Quòd ſi habet ſumptus vnde viuat, & ad prædicta offi-

d c. fin. & ibi gloſ. & DD. de pactis. c. tua. de Simo. c. præterea. 1. & ibi gloſ. de tranſaction. c. quam pio, in fi. 1. q. 2.
e in c. quoniã. 2. ne Prælati vic. ſuas vel eccleſ.
f in quodlib. 9.
g in Summa in verb. de Simo. §. 9.

cia non

cia non tenetur, gratis facere debet: aut ceſſare, aliàs videtur facere ex auaritia. Et licet forte à Simonia excuſari poſſit, propterea quòd quis non debeat ſuis ſtipendiis militare, tamen eſt turpe lucrum, ſi fiat ex auaritia, vel ſaltem habet ſpeciem mali.

*a ſeſſ. 24. de reform. cap. 14. & ſeſſ. 21. de refor. cap. 1. & ſeſſ. 22. in decreto de obſer. et euit. in celeb. miſſ.*

*b tit. de Deca. Chriſtia. paſtorib. ca. 11. et 12.*

Quare cùm ſancta Tridentina Synodus Epiſcopis mandaſſet [a], vt illa, quæ Simoniacæ labis, aut ſaltem auaritiæ ſuſpitionem habent, & mercedum conditiones, & pacta, necnon illiberales eleëmoſynarum exactiones, aliaque huiuſmodi, quæ à Simoniaca labe, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt, omnino prohiberent, & in eccleſia fieri non permitterent; concilium prouinciale Mechlinienſe [b], paſtoribus, & quibuſuis ſacerdotibus inhibuit ſub pœna ſuſpenſionis, ne pro ... vel alium directè, vel indirectè ſtipulentur ... votiuis ad piorum poſtulationem celebrã... iis ſpontè oblatum fuerit, accipiant: caueant ... pendium plurium miſſarum ſimul veneantur, ... tione beneficij, aut alterius fundationis ad ... to die celebrandam obligantur, ab aliis codem ... re abſtineant, niſi ſubſiſtente cauſa, & per ... incumbens onus adimpleat: qui contra fecerint ... ter puniantur. Pro exequiis autem, ſeptenariis ... riis, aut anniuerſariis nihil ſtipulentur, ſed officiis ... actis demum recipiant, aut à recuſantibus & post ... tioſam monitionem ſoluere differentibus ... gant, quod ex laudabili conſuetudine ſolui con...

*c c. ad Apoſtolicã, et ibi Hoſtien. Panor. Felin. & alij de Simonia.*

*d cap. diaconi. diſt. 93.*

*Non decet ſacerdotes mendicare, aut ſordidũ quæſtu exercere*

Præterea, vt iſtæ locationes, & conductiones ... rum ſacerdotum cauſa diuinorum officiorum ... eccleſia extirparentur & profligarentur; cum ... deceat eos, qui diuino miniſterio aſcripti ſunt, cum ordinis dedecore mẽdicare [d], aut ſordidum aliquem quæſtum exercere; compertumque ſit complures ... in locis ad ſacros ordines nullo fere delectu ad... variis artibus, ac fallaciis confingunt ſe beneficium ecclesiaſticum, aut etiam idoneas facultates ob... tuit SS. Tridẽtina Synodus [e]: ne quis deinceps ... ſecularis, quamuis aliàs ſit idoneus moribus, ... & ætate, ad ſacros ordines promoueatur, niſi pri... timè conſtet, eum beneficium eccleſiaſticum qu...

*e ſeſſ. 21. de refor. cap. 2. Nemo ſine titulo ſufficienti ad ſacros ordines promoueri poteſt.*

...dictum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſidere [a]. Id verò beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum ſit promotus. Neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quod aliunde viuere commodè poſſit, & aliter facta reſignatio nulla ſit. Patrimonium verò, vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate eccleſiarum ſuarum; eo quoque prius perſpecto, patrimonium illud, vel penſionem verè ab iis obtineri, taliaque eſſe, quæ illis ad vitam ſuſtentandam ſufficiũt; atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti [b], vel aliunde habeant, vnde viuere poſſint; antiquorum canonum pœnas ſuper his innouando.

a c. 1. et 2. diſt. 70. c. ſi epiſcopus. de præbēd. in 6.

*Quãdo quis titulo patrimonij vel pēſionis ad ſacros ordines promoueri poſſit.*

b ca. ſi epiſcopus. de præbēd. in 6. c. neminē. & c. ſanctorũ diſt. 70.

Itidem in concilio prouinciali Mechlinienſi ſtatutum eſt, vt nemo ad ſacros ordines in poſterũ promoueatur, qui beneficij, patrimonij, aut penſionis fructibus, & emolumentis annuis non habeat ad minimum viginti carolinos. Qui titulus erit in regiſtris Epiſcopi, & literis ordinationum exprimendus. Iuret etiam ordinandus, quod titulum, quem pro ſua futura promotione exhibet, verè, & ſine vlla fraude poſſideat, quod illum non reſignabit, alienabit, aut in illius extinctionem conſentiet, niſi ſibi de nouo ſufficienti titulo fuerit prouiſum. Poſſint nihilominus Epiſcopi ob Eccleſiæ neceſſitatem quoſdã ætate, & moribus idoneos, etiam ſine titulo ad ſacros ordines promouere, cum conditione tamen quod illis de congruo titulo prouidebunt.

c cap. 3. 4. et 5. tit. de ordinan.

Atque cum nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui Epiſcopi non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis eccleſiis, eadem ſancta Tridentina Synodus, veſtigiis ſexti canonis concilij Chalcedonenſis [d] inhærẽdo ſtatuit [e]; vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur, non adſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, nec incertis vagetur ſedibus [f]. Quod ſi locum inconſulto Epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitium interdicatur. Nullus præterea clericus peregrinus ſine commenda-

d c. neminem. diſt. 70.

e ſeſſ. 23. de reform. cap. 16.

f c. ſanctorum. diſt. 70. c. non oportet. c. ſi qui verò. 7. q. 1.

mendatitiis ſui Ordinarij literis ab vllo Epiſcopo
diuina celebranda, & ſacramēta adminiſtranda
tatur [a]. Hinc concilium quoque Mechlinienſe
pit paſtoribus & eccleſiarum rectoribus, ne
gum, & ignotum ſacerdotem ſine licentia Epiſ
diaceſani in ſcriptis obtenta ad celebrationem
rum, aut ſacramentorum adminiſtrationem
ſub pœna duorum florenorum per paſtores
incurrenda, & vagorum ſacerdotum correction
traria. Epiſcopi autem prædictam licentiam
cedant, niſi viſis literis ſacerdotii, & commen
teſtimonialibus Epiſcopi, vel vicarij loci
reſidentiæ. Nullus quoque extradiœceſanus
grinus quantumcumque notus recipiatur ad
nem, & deſeruituram alicuius beneficij in
ceſi ſine literis commendatitiis Epiſcopi,
diſceſſit.

a c.tuæ.et c.final. de cler. peregrinis. c. 1. et aliis ſequent. diſt. 71.
b tit. de miniſte. eccle. cor. reſiden. ca. 8. et 9.

*In diſtributionum perceptione quomodo Simonia,*
*iniuſtitia committatur.* CAP. VIII.

CAnonicus ad horas canonicas, aliáue
ficia accedens propter diſtributiones,
iturus, Simoniam quoque committere
præſertim ſi velit, vel intendat pro illis
redemptionem animarum benefactorum
bus ſpirituale remedium gratis deberet
Apparet enim, quod illas per modum
& quod illi ſint, tanquam præcipuus finis,
ad eccleſiam vadat [c]. Nam ceſſantibus
bus, ceſſat comparitio ſeu ingreſſus eorum
Quòd autem Hoſtienſis dicat [d], tales non
veram Simoniam; cùm nulla expreſſa pacti
dat, peccare tamen grauiter, & mentalem
moniam committere, perque pœnitentiam
Ea excuſatio admittenda, & locum habitura
eccleſiis, vbi Canonici diuina officia per ſe,
ſubſtitutos faciunt. Illi enim, etſi fortaſſe
rum cauſa, & intentio ſit, cur ad eccleſiam
& pretium diſtributionum, de hoc tamen
que argui efficaciter poſſunt; cùm iſtiuſmodi

c B. Tho. quodlib. 6. et 8. Adrian. Pap. 6. quodlib. 9. Sylueſt. in ſumma in verb. de Simo §. 9. et Viguer in inſtitu. theolog.
d in ca. cum olim de verb ſignif. gloſ. in c. vnico. de cleri. non reſid. in 6. Panor. in cap. ſuam nobis, de Simon.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intentionum ſolus cognitor, & Iudex ſit Deus. Atque indubiè iuxta Hoſtienſis, & aliorum ſententiam grauiter quidem peccant, & Simoniam mentalem committunt. Sed quod his non ſit præcipienda, & mandanda à confeſſario reſtitutio diſtributionum tali intentione receptarum, etiamſi vel ſolam mentalem Simoniam cõmiſerint, hoc Theologi multi pernegant [a]. Nam quicquid iniuſtè acceptum eſt, debet reſtitui; ſed acceptum Simoniacè, eſt acceptum iniuſtè; quoniam accipit pretium pro ſpirituali, quod gratis tenebatur dare; quocirca reſtitui debet. Tum qui accipit rem ſpiritualem pro pretio, accipit rem alienam inuito Domino; eſt enim, vt Goffredus inquit [b], fur & latro: & ideò ad reſtitutionem ablatorum tenetur [c]; quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum [d]. Itaque illorum Canonicorum prima, & præcipua intentio eſſe debet, quod eant ad eccleſiam, ad ſeruiendum Deo in redemptionem animarum benefactorum ſuorum, & in ſalutem, ac proſperitatem totius populi Chriſtiani, quibus meritum ſpirituale gratis velint communicare, & applicare. Huic verò intentioni ſi poſtea acceſſerit alia, quo ſcilicet hoc modo percipere poſſint neceſſaria ad vitæ ſuæ ſuſtentationem, illa non peccabunt, nec Simoniam committent [e]. Veruntamen ſi inter hos ſint, qui ſuis moribus in eccleſia indecentibus, & inhoneſtis, ne dicam impiis, vel verbis publicè, & apertè declarent, ac profiteantur, ſe lucri & pretij diſtributionum cauſa potiſſimum ad diuina officia venire; quia tales vera Simonia excuſari non poſſunt, iuxta D. Thomæ & aliorum ſententiam [f], his diſtributiones dandæ non ſunt, aut ſi datæ fuerint, pœnitentia non ſatiſfacient, niſi earundem facta reſtitutione [g]. Nec mirum videri debet, ſi reſtituere teneatur ille, qui Simoniam non cõmiſit, licet ſine expreſſa pactione; quãdo beneficium reſignare tenetur is, quo neſciẽte per aliũ commiſſa eſt Simonia, pecuniam nõ Epiſcopo, ſed cuidã Principis ſeruo dãdo, ita quod nec Epiſcopus Simoniacus fuerit conferendo beneficium, nec ipſe ſuſcipiendo illud [h].

Kk Dein-

Maior ubi ſuprà in 4. ſenten. diſt. 25. q. 7. Dom. Soto de iuſtit. & iure. ... præpoſitum, 1. q. 5. & Adria. Pa. d. loco.

a B. Thom Adrian. Pa. & Syluest. d. d. locis. Richard. de quaſtio. arme. lib. 10. cap. 23. & 25. Ioann. Maior, in 4. ſenten. diſt. 25. q. 7. Soto de iuſtitia & iur. lib. 9. quaſt. 8 art. 1.

b in ſumma. tit. de Sim. arg. c. ordinationes. 1. q. 1. & ibid. not. glo.

*Qualis debeat intẽtio eſſe canonicorum ad eccleſiã euntiũ.*

c ca. grauis. de reſti. ſpol. l. ſub. tract. C. de fur. l. vlt. C. de condict. furt.

d c. peccatum. de reg. iur. in 6. & ibid. gloſ. c. cũ tu. de vſur.

e B. Tho quodlib. 6. Adria. Pa. quodl. 9. et Syluest. & Viguer dd. locis.

f loco ſupra alleg.

g arg. c. de hoc. & ibi DD. de Simon. Panor. in c. mandato. in fin. de Simo. Adrian. Pa. 6. quodli. 9. alleg. in ſig. et notab. c. ſi quis neque 1. q. 1. & Io. lib. 9. q. 8.

*Explanatio. ca. fin. de Simonia.*

Deinde non obſtat præmiſſis c. fin. de Simonia, quia
dum Papa conſultationi in illo reſpondet, non inducit
ius nouum, ſed quid iure contineatur explicat: eiuſque
reſponſum tunc ad ſimiles tantùm, & non diſſimiles
perſonas extendi debet. Cùm igitur illud c. fin. conſcri-
ptum ſit monachis, ſeu Canonicis regularibus, certum
eſt illud ad canonicos ſeculares extendi non debere[a].
In concilio enim generali Lateranenſi ſtatutum & or-
dinatum erat[b], vt monachi vel alij regulares pretio in
monaſterium recepti, vna cum recipientibus, ſiue
ſubditis, ſiue Prælatis, ſine ſpe reſtitutionis de
monaſterio expellerentur, in locum arctioris regu-
læ ad agendam perpetuam pœnitentiam retrudendi.
Qui verò ante hoc ſynodale ſtatutum taliter recepti
eſſent, illi reuerti de monaſteriis, quæ perperam
ingreſſi, in aliis locis eiuſdem ordinis colloca-
bant, vel ſaltem diſpenſatiuè in ijſdem monaſteriis
nouo recipi, mutatis prioribus locis, & inferioribus
aſſignatis[c]. Hac conſtitutione generalis conci-
dam monachi permoti impetrarunt à Papa man-
tum, vigore cuius cum ipſis diſpenſaretur contra
dictam conſtitutionem concilij. Verùm quia
non expreſsè continebat Abbatem; neque qua
& conditione reconciliari, & abſolui poſſent,
ex d. c. fin. Delegato à Papa ſcripto & multo
Mandato, inquit, noſtro recepto, vt cum monachis
qui per Simoniam, dato aliquo, locum in monaſte-
riis ſunt adepti, ſecundum conſtitutionem genera-
concilij (videlicet Lateranenſis) diſpenſares: C
t. breuiter reſpondentes, dicimus; Mandatum Apo-
ſtolicum etiam ad Abbates extendi (vt ſcilicet
lis diſpenſare poſſis) & ad reſignationes ſpiritua-
& temporalium (vt videlicet ſuper his quoque
ſare poſſis, ne fiat reſignatio tam temporalium
ſpiritualium, quæ aliàs neceſſaria erat) dummodo
men nullo pacto, ſed affectu animi tantum
dente, vtrinque (tam ex parte monaſterij, quam
ligioſorum in illud receptorum) taliter accepta
(quæ data ſunt in illorum ingreſſu) & eos
pro Simonia huiuſmodi non teneri, vt ſcilicet

a *gl. not. in c. cōſultationi. de tempor. ordin. Adrian. Pa. d. loco. et Io. Maior in 4. ſent. d. loco.*

b *Concil. Latera. ſub Innocē. 3. cap. 64.*

c *c. quoniam. de Simon.*

…ium reſtituat , quæ percepit ; neque monachi inde expellantur, & in aliud ad agendam pœnitentiam detrudantur, vel in ſuo de nouo recipiantur , mutatis prioribus locis, & inferioribus aſſignatis , iuxta dicti concilij conſtitutionem. Sed in hoc caſu , ſicut narratum eſt, delinquentibus ſufficit per ſolam pœnitentiam, ſuo ſatisfacere creatori , idque vigore diſpenſationis per mandatum hoc conceſſæ. Verbum enim ſolum, non excludit, quin ex natura Simoniæ facienda ſit reſignatio , tam ſpiritualium , quàm temporalium : tamen cùm dicat Papa mandatum ſuum ſuper diſpenſatione conceſſum ad id extendi, palam etiam docet, ſuper hâc diſpenſationem fuiſſe neceſſariam: ſed excluditur per illam diſpenſationem , illa, quæ habentur in diſtinctio generali, ſcilicet nę monaſteriũ ſuum exeant monachi delinquentes , ſed in illo maneant, & ſolam pœnitentiam , quam alibi facere debuiſſent , ibidem peragant[a].

a *Adrian. & Soto dd. locis.*

Adhuc D. Gregorius expreſsè ſtatuit[b], quod qui fraudulento munuſculo eccleſiaſticam dignitatem acceperit, tenetur illam ſub pœna damnationis æternæ reſignare, his verbis: Si quis neque ſanctis pollens moribus, vel neque à clero populoq; vocatus, vel pulſatione coactus, impudenter, Chriſti ſacerdotium iam quolibet fœnore pollutus, iniuſto cordis amore, vel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu, ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulento munuſculo epiſcopalem ſeu ſacerdotalem non lucrandarum animarum, ſed inanis glorię auaritia fultus dignitatem acceperit , & in vita ſua non ſpontè reliquerit , cùmque imperata mors pœnitẽtem non inuenerit, proculdubio in æternum peribit. Fraudulentum autẽ munuſculum illud eſt quod fraudulenta mente abſque pacto ſpeciali ſupponitur. Nam vbi conuẽtio interuenit, non fraus, ſed aperta iniquitas Eſt & illud fraudulentum munuſculum , cùm ſolicitator dicit, ſe hoc aliàs ei, cui ſupplicat, voluiſſe dare[c]: Vel quando pars altera dicit expenſas feciſſe, & illas petit, vt alius cedat beneficio. Non eſſet autem fraudulentum hoc, niſi ſine pacto fieret, & ſine inſinuatione voti conferendi pro ſpirituali. Cùm ergo Simonia purè mentalis,

b *in ca ſi quis neque. 1. q. 1.*

*Beneficium impetratum fraudulento munuſculo reſignare debet.*

c *c. etſi. de Simon.*

*Fraudulentum munuſculum quod ſit.*

d *gloſ. et Archid. in d. ca. ſi quis neque.*

*Simonia mentalis cum opere ſubſecuto obligat ad reſtitutionem.*

cum opere ſubſecuto, iuxta D. Gregorij ſententiam, obliget ad reſtitutionem, non eſt veriſimile, neque credibile, quod Gregorius IX. Papa qui dictum c. fin. de Simonia reſcripſit ſuo delegato, contrarium voluiſſet docere, & mandare[a].

*a Adrian. 6. Pap. & Soto. dd. locis.*

***An Canonici non cantantes per ſe horas ſuas, aliaq; diuina officia, diſtributiones iuſtè & legitimè percipiant.***

CAP. IX.

VErùm in eccleſiis vbi Canonici horas aliaque diuina officia per ſe non canunt, ſed per ſubſtitutos, facilè illic videre & cognoſcere eſt, quod potiſſimùm & præcipuè propter ſolas diſtributiones ad chorum veniant, adeo vt & vulgus hominum dicere eos frequenter notet, & nominet, tales ad chorum non ituros, niſi lucro diſtributionum eò traherentur: nam hi legibus, & ordinationibus ad lucrandum diſtributiones taliter qualiter obſeruatis, vix Dei reſpicium horarum, aliorúmue officiorum ſtatim ſe ibi ad fabulas, ſi congerro aliquis detur, conuertunt; vel chorum egrediuntur ad alibi confabulandum, vel deambulandum, vel dormiendum, aut quid aliud faciendum alienum ab officio diuino. Qui etiam horis canonicis ſæpe nō recitatis diſtributiones ſibi ſoluì exigunt, & extorquent, quas ſola ſua præſentia, ſiue præſentia iuxta ſtatuta, vel conſuetudinem ſibi deberi ſe prætendunt. Sed Pius quintus Papa ſtatuit, & publica conſtitutione declarauit[b], tales non ſolum diſtributiones, verumetiam fructus præbendarum ſuarum amittere; tametſi omnibus horis canonicis cum aliis præſentes adſint, & non egrediantur chorum cauſa deambulandi, aut quid aliud faciendi. Tum præterea & diſtributionum amiſſionem declarat eos peccatum admittere. Verùm ſi horas ſuas legerint, fructus quidem præbendarum ſuarum iuxta concilium Lateranenſis[c], & prædictam Pij V. conſtitutionem faciunt, ad diſtributionum tamen perceptionem nullum ius prætendere poſſunt, imò Simoniæ, vel iniuſtitiæ maximæ ſe obnoxios, & reos facere videntur per hoc declarare, quod pro viginti, aut triginta C

*Notantur Canonici ad chorum venientes tantùm cauſa diſtributionū.*

*b Hæc poſita eſt, vbi actum fuit de officio horarū, in ſpeculo de malor. horum tēp. cau. & remed. lib. 2. cap. 17.*

*c Sub Leone 10. celc. ſeſ. 9. can. 9.*

tis vix ſex, aut octo vicariis ſeu ſubſtitutis de genere liti, & moribus plerumque peſſimis ac petulantiſſimis, exiguo pretio conductis, ad celebrandum miſſas, & horas, aliaque diuina officia in eccleſia perſoluendum ſatisfaciant, ſed proh dolor non conſiderant, neque perpendũt, quod diſtributiones & alia emolumenta, atque lucra ad decantationem horarum aliorumque diuinorum officiorum à fundatoribus eccleſiæ 20 vel 30 Canonicis iſta facientibus legata ac relicta in animarum ſuarum redemptionem, & in ſalutem, ac proſperitatem totius populi Chriſtiani, abſque iuſto titulo, & cauſa legitima ſibi vſurpent, & vendicent: putantes vndè ſufficere, quod corporaliter eccleſiam viſitent, & in ea, pro decore illius, velut mutæ ſtatuæ conſiſtant, vel quid aliud ibidem faciant ab officio diuino alienum, potius ad inanem frequenter gloriam, vel alium finem illicitum, & inhoneſtum, quam pietatem & deuotionem, cùm tamen certum, & indubitatum ſit apud omnes Doctores, illos talibus ſuis modis peccare grauiter, neque eorum talem præſentiam animabus fundatorum, & benefactorum prodeſſe, nec via meriti, nec via ſatisfactionis[a]. Cùm autem quis dat aliud rem ſuam propter cauſam, vt aliquid faciat, certe ex æquitate naturali hic obligatus eſt, vt aut impleat cauſam, cuius reſpectu ipſi res data eſt: aut ſi nolit, reddat illi, qui dedit, ne re ſua iniuſtè contra ipſius voluntatem fruatur, vel locupletetur; alioquin ex æquitatis obligatione datur illi iure ciuili condictio ob cauſam data, cauſa non ſecuta[b]. Nemo enim ex ſua iniuſtitia, ac turpitudine lucrum ſperare & facere debet[c].

Deinde ſine titulo poſſidens, aut habens titulum, ſed talem, qui pro non titulo ſit habendus, tam iure pontificio, quàm ciuili tenetur ad omnia damna, & lucra & percepta, quàm percipienda[d]. Sed Canonici diuina officia in eccleſia non per ſe, ſed per conductitios vicarios ſeu ſubſtitutos faciẽtes, ſine titulo, aut certe tali, quàm non titulo ſit habendus, chori diſtributiones, aliaque emolumenta ſibi vſurpare, & vendicare videntur. Quo dato, ad eorundem omnium, tanquam iniuſte perceptorum, reſtitutionem teneri eos, arbitramur.

a *Adri. Pa. 6. in d. quodlib. quæſt. 9. & B. Tho. 2. 2. quæſt. 133. art. 3. ad. 1.*

b. *l. 1. 2. 3. 4. & toto tit. ff. de condict. cau. dat. cauſ. non ſecu.*

c *l. miles. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.*

d *c. 1. & cap. grauis. et vtrobique gloſ. & DD. de reſtitu. ſpoliat. l. ſi nauis. §. generaliter. ff. de rei vẽdic. l. quemadmodum. C. de agric. et cenſitis. ff. toto tit. de condict. cau. dat. cau. nõ ſecu. et tit. de cõdict. furt. Goſfred. in Sum. tit. de Simo.*

Quam ſi recuſent, competit eccleſiæ optimo iure
condictio cauſa data, cauſa non ſecuta: & longe potio-
re iure, hi ad reſtitutionem eorundem obligantur co-
ram Deo, & hominibus, quàm illi, qui diuina officia
per ſe, & non per ſubſtitutos in eccleſia faciente ſo-
lam mentalem Simoniam circa illa committunt. Et
ſi illi à D. Goffredo non infimæ apud Canoniſtas &
Summiſtas authoritatis, propter Simoniam menta-
lem fures, & latrones dicantur [a], non video quomo-
hi, non ſolùm à furto, verumetiam à rapina, ſpolia-
ne, & latrocinio ſe excuſare poterunt. Contra
tamen fortaſſe excuſationem hanc habent; quod
vſurpationem, & vendicationem non faciant
vel clam, ſed publicè. Si ergo publicè res con-
tra ipſius, & fundatorum voluntatem auferunt
vſurpant, & vendicant, certè à rapina, ſpolio &
latrocinio, imò ne à ſacrilegio quidem excuſari
videntur [b]. Quocirca & iiſdem pœnis puniendi
quibus iſtorum criminum & ſcelerum perpetratores
(aliorum interim rectius, & benignius ſentientium
dicio ſaluo.) Raptor autem ſeu ſpoliator, qui contra vo-
luntatem Domini apertè res alienas dolo malo
ſeu aufert, ſecundum iuris Pontificij diſpoſitionem
recuparabiliter deponitur & beneficio priuatur,
prius ablata reſtituat, ſi poterit, vel emendam
& plenam ſecuritatem fecerit, pœnitentiæ beneficium
ei penitùs denegatur. Qui autem in ſanitate
ta mente non pœnituerit, vel emendauerit, &
te ſecuritatem præſtare nequiuerit, ſolennis
tentiæ parum ei prodeſſe videtur: ſed de pœni-
trito corde viaticum non negetur; ita tamen
lus clericorũ ſepulturæ illius interſit, nec elee-
ſynam præſumat accipere. Quodſi qui presbyteri
vel clericorum contra hoc in vita, vel morte
tentias dare, aut ſepulturæ intereſſe, vel elee-
moſynas accipere attentauerint, aut ſi aliquo
huiuſmodi rapinæ participes inuenti fuerint,
nis ſui damnum irrecuparabiliter patiantur, &
ſiaſtico beneficio careant, iuxta Eugenij 3. Papæ
ſtitutionem [d].

a in Sum. ti. de Simon.

*Quantæ infamię & animæ periculo ſe exponant Canonici diuina officia per ſe nõ obeuntes in eccleſia ſua.*

b ca. quiſquis. & ibi gloſ. 17. q. 4.

c arg. c. vlt. 10. q. 2. & c. dudum 2. de elect.

d c. 2. de raptorib. & ibi Panor. Diaz. in pract. crim. cano. cap. 99.

Clerici verò in latrociniis, vel aliis magnis ſceleribus deprehenſi, à ſuis ordinibus degradati, detrudi debent in arctis monaſteriis ad pœnitentiam peragendam, vt Innocentius III. reſcripſit Epiſcopo Londonienſi[a]. Hæc autem depoſitio, & in arctum monaſterium detruſio morti æquiparatur[b]. Simili igitur & pari pœna afficiendi videntur ſacrilegi, qui res eccleſiaſticas, vel alienas, ab eccleſia apertè dolo malo contra voluntatem eccleſiæ, vel fundatorum auferunt[c]. Nam, vt Cæleſtinus Papa III. reſcripſit; Si clericus, in furto, vel alio crimine fuerit deprehenſus, [illegible] ab eccleſiaſtico iudice deponendus eſt. Qui ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, excommunicari, vel ſuſpendi debet. Deinde contumacia creſcente anathematis mucrone feriri; poſtmodum verò ſi in profundum malorum veniens contempſerit, cùm eccleſia non habeat vltra quod faciat, & ne poſſit eſſe vltra perditio plurimorum, per ſecularem cõprimendus eſt poteſtatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur[d]. Sed Innocentius III. Cæleſtini ſucceſſor, ne qua infamia, per huiuſmodi ſecularis iudicis in clericos animaduerſionem, eccleſiæ inferretur; voluit, & ſanxit[e]; vt huiuſmodi ſceleribus magnis obnoxij à ſuis ordinibus degradati ſtatim detruderentur in arcta monaſteria ad peragendam pœnitentiam, vt ſupra dictum eſt. Quam ſi non velint agere, ponendi ſunt in perpetuis carceribus[f].

*An Canonici Simoniam non committentes in perceptione diſtributionum, eas reſtituere teneantur, ſi in choro preſentes, cum aliis horas ſuas non cantent, ſed per ſe legant.*

## CAP. X.

CÆterũ dato, & conceſſo, quod fortaſſe Simonia, vel furtũ, aut aliud aliquod prædictorũ criminum in prędicta diſtributionũ receptione nõ cõmittatur, præſertim ſi Canonici, dũ diuinis officiis interſunt, horas ſuas canonicas, aliaq; pia legant, vel meditentur:

a c. tuæ, de pœnis.

b Panor. in d. c. tuæ. Bald. in c. 1. § denique. quæ fuit prima cauſa beneficij amittẽdi. Feli. in ca. qualiter. §. ad corrigendos. de accuſat. Diaz. in pract. crim. cap. 127.

c Goffred. & Hoſtië. in ſum. tit. de rapi. d. c. tuæ. et ibi Panor. de pœnis. Lancil. in præt. tit. de ſacrileg.

d c. cum nõ ab homine. & ibi gloſ. de iudic.

e d. ca. tuæ de pœnis.

f Iuxta eiuſdẽ Innocentij conſtitutionem in c. vt famæ, de ſent. excõ. Aretin. & Panor. in d. c. tuæ, de pœnis. Diaz in prac. crim. can. cap. 129.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non tamen per hoc à reſtitutione diſtributionem ex-
ſari omninò poſſe videntur. Nam licet Boniſacij 8. con-
ſtitutio habeat [a], vt diſtributiones quotidianæ, in qui-
buſcumque rebus conſiſtant, Canonicis, ac aliis bene-
ficiatis, & clericis eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem of-
ficiis in ipſis eccleſiis adfuerint, tribuantur; ex hoc ta-
men non ſequitur, diſtributiones propter illiuſmodi
nudam eorum præſentiam, & intereſſentiã ipſis
& legitimè dari, & illas ſic receptas non eſſe reſtituen-
das. Itaque ſi conſcientiæ, & ſaluti ſuæ quàm optimè
& tutiſſimè conſultum velint, arbitramur, quod dili-
genter animaduertere, & perpendere debeant
legis, ſeu cõſtitutionis, ex certa cauſa in eadem cau-
ſa factæ, intelligi debere ſecundum illam, & legisla-
ris intentionem. Nam, vt D. Hilarius inquit
gentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicen-
non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus.
Gregorius habet [c] non debet aliquis verba con-
ſed voluntatem, & intentionem; quia non debet
tio verbis deſeruire, ſed verba intẽtioni. Nam
que dum proprietas verborum attenditur,
tatis amittitur [d]. Idcirco verbum adfuerint in d.
tutione Boniſacij poſitum non debet nudè, &
ter in vulgata ſignificatione accipi, pro, præ
taxat ſint corpore; ſed cum effectu [e], & ſecundum
ſam d. legis ſeu conſtitutionis. Cauſa autem illius
quod Canonici prætextu conſuetudinis, cum in
in quibus eccleſiæ eorum conſiſterent, eſſent
licet diuinis non intereſſent, diſtributiones ex
perciperent, ac ſi continuè ipſis eccleſiis in iiſdem
ciis deſeruirent. Hæc, inquam, fuit cauſa cur Boni-
d. conſtitutionem fecerit, ſicut ex narratione,
fatione eiuſdem conſtat. Quare dictum verbum
rint, in ipſa conſtitutione poſitum intelligi debet
dum prædictam cauſam, quod ſcilicet in ipſis
ſeu choro præſentes ſint, & adſint, & in iiſdem
deſeruiant. Alioquin per dictam conſtitutionem
tolleretur mala conſuetudo, cuius tamen tollendæ
ſa, ſe eandem edere, & ſtatuere præfatur.
multo peior aliàs induceretur. Nam peius, & De-

gra-

*a ca. vnico. de cler. non reſid. in 6.*

*Verba legis quomodo accipi debeãt à lectore.*

*b text. expreſ. in c. intelligentia de verb. ſignific.*

*c text. apert. in ca. ſecundo requiris. de appell. & ca. humanæ. 22. q. 5.*

*d c. propterea. de verb. ſignif.*

*e c. relatum, et ibi gloſ. de cler. non reſid.*

*Quæ fuerit cauſa conſtitutionis Boniſacij 8. de cleri. non reſiden. in 6.*

*Adfuerint verbum quomodo hic accipi debeat.*

genus, atque laicis magis ſcandaloſum fore videtur, ſi Canonicus officiis diuinis adſit ſola corporali ſua præſentia, & in illis cantu, vel alio miniſterio eccleſiæ non deſeruiat: ſed vel mutus ſtet, aut ſedeat, aut confabuletur, vel quid aliud faciat officio quod peragitur impertinens, vel non concinens, quàm ſi extra Chorum horas ſuas legeret, aut oraret; & tamen hic vigore d. conſtitutionis nullo modo diſtributiones recipere poſſet: aut ſi receperit abſque controuerſia reſtituere tenetur. Vnde & Archidiaconus eximiæ eruditionis, prudẽtiæ, & authoritatis inter Canoniſtas in c. fin. de ſenten. excom. in 6. dicit; non ſufficere, ſi tantum adſint diuinis; quia verbum adeſſe hic debet intelligi cum effectu, ſcilicet quod adſint celebrando, & cantando. Et Dominicus de Soto de hac Canonicorũ negligentia ſcribẽs[a]: Haud enim, inquit, animaduertunt, ſtipendia non vt adſtant, & dumtaxat ſint numerus, ſed reuera vt pſallant eſſe conſtituta. Nam beneficium, vt ait lex[b], non datur, niſi propter officium. Imò verò eò res peruenit, vt canere dedignentur, putentque ſuæ maieſtati derogari; ſed Capellanis inferioris claſſis id committunt. Vide quàm ſint ſui officii immemores. Perſpice quanta ſit habenda cura, vt nemo aliter priuatim officium diuinum ſoluat, quàm in choro ſoluitur. Hactenus Soto. Quapropter non ſtatim debemus intelligere legis verba, vt prima facie ſonare videntur, maximè vbi ambigua ſunt, ſed debemus recurrere ad intentionem loquentis[c]: quia etiam verba à ſua ſignificatione cadunt, cùm res aliter ſalua eſſe non poteſt, de qua agitur[d].

Deinde ſi verbum, adfuerint, nihil aliud ſignificaret, quàm ſolam corporalem pręſentiam ſeu intereſſentiam in diuinis officiis, non opus erat hac noua conſtitutione, quoniam iure veteri ſatis cautum erat[e], quod diſtributiones quotidianæ tantùm reſidentibus in eccleſiis, & his qui intereſſent horis canonicis, tribui deberent. Imò eodem iure expreſsè ſancitum, & decretum eſt, quod Canonici in eccleſiis non tantum præſentes ſint, ſed etiã in illis diuinis officiis deſeruire debeant[f]. Et Prælatis præcipitur, vt ad eccleſiaſtica beneficia

a *de iuſtit. & iur. lib. 10. q. 5. art. 4.*

*Diſtributiones Canonicis ſunt conſtitutæ, vt in choro pſallant.*

b *c. fin. de reſcript. in 6.*

c *arg. c. vlt. et c. cum cauſam. de præb. l. ſemper in ſtipulationibus ad cauſam dicti recurrẽdum eſt. ff. de reg. iur. gloſ. not. in d. c. intelligentia.*

d *gloſ. not. in d. c. propterea & ibi iur. ad ead. alleg.*

e *cap. licet. de præbend.*

f *c. 2. de inſtitut. c. quia, & ibi gloſ. not. de cler. non reſi. c. cum ſecũdum. c. ſuper de præbend.*

prætermiſſis indignis, idoneos aſſumant, qui Deo, ecclesiis velint, & valeant gratum impendere famulatum[a]. Quodſi diuinis officiis in eccleſiis quibus aſcripti cenſentur[b], deſeruire non deberēt, profectò concilio Lateranenſi ſtatutum non fuiſſet; quod cum præbendas eccleſiaſticas, ſeu quælibet officia in aliqua eccleſia vacare contingeret, non diu manerent in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis, quæ dignè adminiſtrare valeant, conferrentur[c]. Vnde & eccleſiarum rectores, non domini, à iure appellantur[d], atque eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari dignum eſt, cum, ſecundum Apoſtolum, qui altari ſeruit, viuere debet de altari[e].

*a c. graue. & ſuper. de præbēd.*
*b c. cum ſecundum. de præb.*
*c c. 2. de cōceſſio. præbend.*
*d c. cū ad hoc. de cler. non reſid. & c. venerabilis. de præbend.*
*e d. c. cum ſecundum.*

Inſuper Rmus D. Cornelius Ianſſenius ſacræ Theologiæ Doctor clariſſimus, Epiſcopus Gandensis, ſacro concilio Tridentino quoque interfuit, apertè ſcriptis ſuis nunc prelo commiſſis, ... profeſſus eſt[f]: ſibi vna cū eccleſiæ ſuæ cathedralis Canonicis in decantandis pſalmis Dauidicis perpetuò inſiſtendum eſſe: Et vt intellectis pſalmis eorum recitatione lubentius occuparentur, ideo ipſis paraphraſes in illos à ſe compoſitas dedicauit. Similiter Rmus Epiſcopus Ruremondenſis D. Guilhelmus Lindanus, quoque Theologiæ doctor celeberrimus eccleſiæ cathedralis Canonicis totiuſque ſuæ diœceſis ... ſcripſit in epiſtola ſua, quam pſalterio Dauidico ... caſtigato, & ſcholiis illuſtrato, & nunc typis diuulgato præmiſit, ipſis vtiliſſimum, ac ſaluberrimum fore, ſi Deo ſpiritu, mente, & intelligentia pſallerent, propterea quod in pſalmis Deo optimo maximo deuotè & attentè decantandis non minima Chriſtianæ pietatis, veriſque diuini cultus portio ſita ſit, eiſque eccleſiaſticos oportere ſingulariter eſſe ..., atque eorum vſu aſſiduo exornatos. Præterea in ſynodo diœceſana Cameracenſi celebrata anno Domini 1567. ſtatutum legitur[g]: Vt diuinum officium ... ſtatis quotidianis hóris inſtitutum & perſolui ... tum eſt, ſedulò ac debitè ab omnibus ad quos ſpectat, frequentetur: volumus quàm diligentiſſimè obſeruari, & in praxim ac conſuetudinem deduci illud Triden-

*f in epiſt. præmiſſa paraphr. in pſalm.*
*g tit. de officio diuino, cap. 2 & 3.*

Concilij ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 22. cap. 1. ac proinde quò id commodius fieri poſſit, omnes & ſingulos fructus, prouentus, & obuentiones tam dignitatum, quàm canonicatuum, & officiorum, cum iuſta declaratione ubi, & in quibus conſiſtunt, quàm primùm nobis reſerbi, vt illorum tertiam partem debitè ſeparare, & in diſtributiones conuertere quotidianas, eaſque inter dignitates obtinentes, & cæteros, qui diuinis intererunt iuxta dicti concilij generalis decreta, diuidere queamus. Cùm autem dignitates, & canonicorum præbendæ ſpecialiter inſtitutæ cenſeantur ad diuini officij cultum, cæteraque eccleſiæ munia obeunda; prædicti generalis Concilij decretis innixi, iubemus, vt omnes dignitates & canonicatus huiuſmodi obtinentes, per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos, ea omnia officia & munera exequantur, ad quæ ratione dignitatis, canonicatus, aut officij aſtringuntur. Sicut in concilio Prouinciali Cameracenſi hoc à Patribus clarius declaratum fuit; titu. de cultu, cæremon. & officio diui. cap. 7 & 15. cuius verba in altero noſtro ſpeculo poſuimus[a].

*Dignitates & præbendæ cur inſtitutæ.*

Ad inſtituti huius noſtri probationem etiam faciũt, quæ in concilio Mediolanenſi an. Dn. 1566. celebrato diuerſis in locis ſtatuta & declarata habentur, videlicet: Archidiaconi, Archipresbyteri, alijque in dignitate eccleſiaſtica conſtituti, canonici & reliqui eccleſiarum miniſtri in ſacris eccleſiæ officiis munus ſuum ipſi obeant, & non per alios exerceant. Quæcumque munera vel iure communi, vel probatis cuiuſque eccleſiæ conſtitutionibus, vel dignitatum, perſonatuum, portionum, aliorúmue officiorum eccleſiaſticorũ inſtitutione, ipſis eccleſiæ miniſtris in officiis diuinis attribuuntur, ea omnia magna cura, ſummaq; diligentia ſtudeant Epiſcopi ab omnibus ſeruari; & quæ antiquata ſunt, ad uſum reuocari. Quod ſi aliqua dignitas, perſonatus, aut officium in eccleſia fuerit, cui neque ab inſtitutione, neque à iure cõmuni, neque à propriis conſtitutionibus, quæ probatæ ſint, neque his decretis proprium munus in diuinis officiis ſit attributum, aut quod ſit, non ſatis conſtet: Epiſcopi, duobus adhibitis de Capitulo, quorum

a lib. 2. cap. 11.

quorum alter ab Epiſcopo, alter à Capitulo deligan
aſſignent ſingulis dignitatibus & officiis propriu
nus, quemadmodum cum ſententia ſacrorum can
& cum propriæ eccleſiæ probatis conſtitutionib
cum his ſanctionibus pro ratione loci magis co
re iudicabunt. Cæteris autem beneficiis, quæ
iam ab eccleſiaſticis officiis immunia reperiunt
canonicatus, ſiue clericatus, ſiue etiam ſimplici
mine appellentur, iis Epiſcopus priſtina mun
ſtituat[a].

a d. cõcil. Mediola. tit. de miniſt. § commu. de miniſtris.

Qui dignitates, aut perſonatus in eccleſiis ob
& Canonici nominis ac inſtitutionis ſuæ mem
pietate & aſſiduitate diuina officia colere deben
eorum exemplo ad ſtudium & amorem diu
accendantur. Itaque auctoritate etiam Tride
cilij[b] præcipimus, vt cùm in choro pſallend
quoque quantum honoris gradu cæteris pra
to ſtudioſius pſalmis, hymnis, & canticis vna
modulantes, Dei laudes concelebrent. Cui offi
fuerint, pro abſentibus habeantur; & earum ho
quas ea ratione non obierint, diſtributionibus
tur[c]. Omnes in choro diuina officia, vt temp
tio poſtularit, alternis vocibus canant, recite
teque audiant. Id non curſim, non perturbate,
tanter, ſed leniter, diſtinctè, ac ſtudioſe faciant.
choro vbi communi officio opera datur, priua
cium dicant. Ne literas, libros, aliáue ſcripta
Ne exeant, niſi diuino officio cõfecto, ne cauſa
de communi re agendi, ſi neceſſitas non coëger
que à præfecto chori venia petita[d]. Et ne mult
ſiæ miniſtris eodem tempore abſentibus diuinu
deſeratur; canonici, & qui præterea choro vel
addicti ſunt, quo tempore eis à iure commun
ſacro Tridentino concilio permiſſum eſt, vt ab
abeſſe poſſint; à Præſidente chori, ſi triduo
ſunt, ſi diutius abfuturi, ab Ordinario facultate
dendi petãt. Si quid præterea ab eo, qui diſce
eius eccleſiæ conſtitutiones requirunt, in eo c
nibus pareat. Nemini autem ita proſit abſenti
vt eo tempore diſtributiones quotidianas perc

b Seſſ. 24. de reform. c. 12.

c d. concil. Mediola de iis, qui dig. perſo. aut cano. habent.

d d. concil. Mediola. tit. Quo modo verſ. in choro.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nixi etiam conſtitutione Boniſacij 8[a], & Tridentini concilij[b] auctoritate decernimus, vt nulla Canonicorum, aut aliorum pactio, remiſſio, vel colluſio fiat; fa- lſae vim habeat; nullúmue ſtatutum aut conſuetudo, quæcumque illa ſit, valeat, quibus aut abſenti quauis de cauſa eius diei, vel ſacræ horæ, in qua muneri ſuo defuerit, aut omnino cuiquam contra, quàm iuri cõmuni, & eiuſdem Tridentini concilij, & his noſtris conſtitutionibus definitum ſit, diſtributiones quotidianæ dari poſſint: ſi datæ fuerint, qui acceperit, ſuas non faciat, ſed eas reſtituat; quæ iure ipſo accreſcant aliis inſeruientibus, qui huiuſmodi pactioni, remiſſioni, colluſioni, vel præbitioni aſſenſi non fuerint; niſi ex conſtitutionibus eccleſiæ probatis, alteri debeantur. Si vero omnes conſenſerint, vſibus eccleſiæ iam tunc addicti intelligantur. Declaramus autem in his excipi eos, qui ob infirmitatem, vel aliam neceſſitatem, aut manifeſtam eccleſiæ vtilitatem ex ipſa conſtitutione Bonifacij, aut ſacris canonibus, vel Tridentina Synodo excuſantur[c]. Canonici, quo tempore diuina officia celebrantur, non habeãt capitula; niſi fortaſſe aliter cuiuſdam neceſſitas poſtularit. Qui contra fecerint, diſtributionem ne capiant eius horæ, in qua id commiſerint. Neque etiam diebus feſtis capitula habeantur, niſi probabilis cauſa interceſſerit. Theſaurarius Capituli, ſiue alio quocumque is nomine dicatur, qui quotidianas diſtributiones partitur, curet ipſas vnicuique diſtribuendas pro rata parte laboris, & officij, ex iuris & earum conſtitutionum præſcripto. Is diſtributiones eorum, qui abſentiæ, vel errati cauſa notati fuerint, ne perſoluat; ſi id fecerit, tantundem de ſuo det, quod in eccleſiæ vſum conferatur; & ob eam cauſam etiã vnius menſis diſtributiones amittat[d]. Hæc ex dicto concilio Mediolanenſi deprompta ſunt, in quo ſunt multa alia huc pertinentia & ſcitu & obſeruatu digniſſima.

Adhæc in diuerſarum eccleſiarum tam cathedraliũ, quam collegiatarum iuramẽtis & ſtatutis expreſsè habetur, quod Canonici horas ſuas aliaque diuina officia, tam nocturna quàm diurna canere debeant, & hoc inde factum videtur, ne primæua eorum inſtitutio in deſuetu-

a ca. conſuetudinem. de cler. non. reſid. in 6.
b ſeſſ. 24. c. 12.

c d. cõcil. Mediola. tit. de miniſt. eccle. §. cõmunia de miniſt.

d d. cõcil. Mediola. tit. de offic. theſaur.

deſuetudinem veniret: vel ſi in aliquibus earum forte
ſe illa interiiſſet, veriſimile omninò eſt illud factum &
ſtatutum fuiſſe propter dictam Bonifacij conſtitutio-
nem, quia in eadem expreſsè ponitur; vt diſtributio-
nes quotidianæ tribuātur iuxta eccleſiæ cuiuslibet ordi-
nationem rationabilē iam factam, ſeu etiam faciendam.

Hiſce igitur & aliis à nobis in d. Speculo de eccleſia-
rum horum temporum cauſis, & remediis, de diui-
nis officiis debitè peragendis, dictis & allegatis, vide-
tur ſatis demōſtratum eſſe [a], quod iuxta diſpoſitionem
d. conſtitutionis, vel ſaltem voluntatem, mentem &
intentionem ipſius Bonifacij Papæ Legiſlatoris, Cano-
nicus in choro præſens canere, vel in diuinis officiis
deſeruire debeat, niſi per cauſam aliquā in eadem expreſ-
tam excuſetur. Si verò non cantet cum aliis, vel diui-
nis officiis non deſeruiat, neque legitimè excuſatus
ſit, diſtributiones percipere non debeat; &, ſi per-
ceperit, reſtituere teneatur, tanquam contra dictam Bonifa-
di conſtitutionem receptas. Nam, vt in eadem conſtitutione
habetur, qui aliter de diſtributionibus ipſis quicquam
receperit, rerum ſic perceptarum dominium non ac-
quirat, nec faciat eas ſuas, imò ad omnium reſtitutio-
nem, quæ contra huiuſmodi conſtitutionem receperit,
teneatur. Certum autem eſt, quod is committit in le-
gem, qui legis verba complectens contra legis nititur
voluntatem [b]. Porrò voluntas legis certa eſſe dicitur,
cùm vel in lege ea exprimitur, vel vnica tantum ratio-
ne conſiſtit, ita, quod alia nulla adduci poſſet, vel cùm
per argumentum euidenter, & neceſſariò concludenter
colligitur ita ſenſiſſe Legiſlatorem [c]. Hæc igitur vo-
luntas ſeruanda eſt: & qui eam non ſeruat, vtique in
legem committit: quia vel contra legem facit, vel in
fraudem legis. Contra legem autem facit, qui id facit,
quod lex tacitè, vel expreſsè prohibet [d]. Fraus vero le-
gi fit, vbi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit
tuit [e]. Et ita punitur & peccat is, qui facit contra le-
gem, ſicut ille, qui fraudē legi ſtruit [f]. Quinimò, vt Bal-
dus ait [g], maiori pœna dignus eſt ille, qui dolo, & fraude
contra legē facit, quàm ille, qui expreſsè; quia quanto
dolus eſt callidior, & latētior, tāto magis puniri debet [h].

a Lib. 2. cap. 10. & 11.

b c. fin. de reg. iur. in 6.

*Committere in legem quis dicatur.*

c Felin. ad c. in noſtra. de reſcr. Alcia. ad l. nominus. § fin. ff. de verb. ſignif. Peckius in d. cap. fin.

d l. contra. ff. de reg. iur.

e l. fraus. ff. de reg. iur.

f Panor. ad c. nam de cōſtitu.

g ad d. l. fraus.

h l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & Peck. in d. c. fin.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nec eſt quod quis ſe excuſatum iri credat à prædicta conſtitutione per illud iuris axioma[a]: Multa fieri de iure prohibentur, quæ tamen facta tenent. Nam hoc locum duntaxat habet in his, quæ temporalem prohibitionis ſuæ cauſam habent, non autem quæ perpetuam, cum hæc prohibitio ſuper diſtributionum perceptione ſit[b], vt ex dicta conſtitutione clarè liquet. Adeò, vt Archidiaconus & Ioãnes Andreæ, qui maximę ſunt interpretes iuris põtificij auctoritatis dicant[c], quòd ſi illi, quorum lucro diſtributiones amiſſæ, ſeu perditæ cedunt, remittãt; nihilominus reſtituere teneãtur. Nam ex quo non poteſt quis illas recipere, nullo modo ſuæ fieri poterunt, quin ad reſtitutionem teneatur, cùm illa recipiat contra mentẽ & prohibitionẽ d. conſtitutionis.

*Obiectio.*

a *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.*

*Solutio.*

b *gloſ. ſing. et not. in c. tua, de ſponſa. duor. et in c. vides. diſt. 10. & in c. quę contra ius. de reg. iur. in 6.*

c *vt habet glo. in d. ca. vnico. de cler. non reſid. in 6.*

*An præſcriptione, & Superiorum tolerantia, Canonici horas ſuas non canentes à diſtributionum, quas perceperint, reſtitutione excuſentur.* CAP. XI.

Plurima ad hoc, vt quis poſſit præſcribere lõgo vel longiſſimo tẽpore, diſtributiones ſic perceptas, vel ius eaſdem ſic percipiendi; requiritur, quòd habeat bonam fidem. Verùm ſi contra ius poſſideat, vel poſſidere intendat, præſumitur malæ fidei[d]. Nulla enim antiqua dierum poſſeſſio iuuat aliquem malæ fidei poſſeſſorẽ, niſi reſipuerit poſtquam nouerit ſe aliena poſſidere, cum bonæ fidei poſſeſſor dici non poſſit[e].

Quocirca cum Canonici non canentes horas, aliaque diuina officia, vel in iiſdem non deſeruientes contra d. constitutionem diſtributiones poſſideant, vel poſſidere intendant, malæ fidei eſſe præſumantur; & quod nulla antiqua dierum præſcriptione ſe iuuare, ſeu excuſare poſſint, neceſſum omninò videtur (ſaluo interim aliorum doctorum, & rectius ſentientium iudicio) vt hoc abuſu omnes ſe reforment, & emendent. Nec eſt quod illo obtentu, ſeu prætextu cuiuſquam conſuetudinis errorem ſuum quis tueatur, vel putet ex hoc licere, ob legem moris de longa inualuiſſe cõſuetudine arbitrando: quoniam diuturnitas temporis non diminuit peccata, ſed auget: imò tantò grauiora ſunt crimina, quantò diutius infelicem animã tenuerunt alligatam[f].

d *arg. c. qui cõtra. & ibi glo. Dyn. & Petk. de reg. iur. in 6.*

e *text. not. in c. vigilanti. ca. ſi diligenti. & c. fin. de reſcript. & ibid. gloſſ. & DD.*

f *text. apert. in c. non ſatis. & ſequen. de Sim.*

Præ-

Præterea dato, ſed non pro vero conceſſo, quod
poſt tempora d. conſtitutionis Bonifacij vſque ad con-
firmationem, & publicationem concilij Tridentini, &
eiuſdem in his prouinciis acceptationem interceſſerint
plus quam ducenti, & 50 anni, conniuentia, & tole-
rantia Pontificum, & Epiſcoporum in diuerſis eccle-
interea irrepſiſſet conſuetudo, quod Canonicus in cho-
ro præſens, licet cum aliis non cantaret, diſtributiones
percipere deberet, & quas ſic recepiſſet, reſtituere non
teneretur; & ex tanta huiuſmodi diuturnitate tempo-
ris, Pontificum, & Epiſcoporum cōſenſus ad huiuſmo-
di conſuetudinem acceſſiſſe præſumeretur: tamen
hoc à reſtitutione excuſari poſſe videretur, qui
dictum Bonifacij conſtitutionem diſtributiones
piſſet. Veruntamen à tempore publicati, & recepti in
his prouinciis concilij Tridentini, ceſſare debet huiuſ-
modi excuſatio. Quandoquidem illud d. conſtitutio-
nem Bonifacij innouauit, & in vſum reuocauit, non ob-
ſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus;
& ab illo tempore non poteſt dici contraria conſuetu-
dine aliquid legitimè præſcriptum fuiſſe contra
& tolerantia Pontificum, & Epiſcoporum, quia
IIII. à quo dictum concilium confirmatum, & publi-
catum eſt, & Pius V. illius ſucceſſor, & modernus Gre-
gorius XIII. Pontifices, item harum prouinciarum E-
piſcopi, omnibus præſertim Canonicis, & aliis eccle-
ſiaſticis diligentem obſeruationem dicti concilij man-
darunt, & iniunxerunt, vt ex conſtitutionibus, decretis,
reſcriptis, & ſtatutis eorundem conſtat. Ita vt in reſti-
tutione diſtributionum, quæ contra diſpoſitionem
conſtitutionis Bonifacij & concilij Tridentini
receptæ ſunt; nulli excuſandi eſſe videantur,
hilominus, vt ſuprà dictum eſt, doctiorum
ſententium iudicio.

*a ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.*

Et licet Pontifex atque Epiſcopi etiámnum
malas conſuetudines contra ius, & SS. concilium Tri-
dentinum tolerent, tamen ſubditis omnibus, quibus
timor Dei, & propriæ ſalutis amor ineſt, ſerio &
ture cogitandum, & perpendendum frequenter eſt,
quod olim in cauſa quadam abuſuum Innocentius

Papa conſultus Epiſcopo & Cantori Tornacenſi reſcripſit[a]: Multa, ſcilicet, tolerari per patientiam, quæ ſi deducta fuerint in iudicium, exigente iuſtitia non deberent tolerari. Quocirca, quia confeſſio, & abſolutio pœnitentis fit ad inſtar actus iudicialis quo à ſacerdote velut à iudice ſententia pronuntiatur, ſicut à SS. Tridentina Synodo definitum eſt[b], apparet quod in huiuſmodi iudicio ſupradictus abuſus de recipiendis diſtributionibus contra prædictam Bonifacij conſtitutionem non deberet diutius tolerari, ſed, iuſtitia atque ſalute pœnitentium exigente, reformari. Siquidem à prædicta Synodo Tridentina decretum, & declaratum quoque[c], quod habentes dignitatem, perſonatum, & officium in eccleſia cathedrali, vel collegiata, ſi perſonaliter competens ibi ſeruitium iuxta formã ab Epiſcopo præſcribendam die ſtatuto non impleuerint, illius diei diſtributionem amittant, nec eius quoquo modo dominium acquirant, ſed fabricæ eccleſiæ, aut alteri pio loco applicetur. Atque hoc in ijs tantùm eccleſiis conſtitutum intelligitur, in quibus nulla eſt conſuetudo, vel ſtatutum, vt dictæ dignitates non ſeruientes aliquid amittant. Nec obſtat, ſi dicatur neminem teneri ad diuinorum officiorum decantationem, niſi compulſus fuerit, propterea quod in dicto concilio Tridentino dicatur[d]: Omnes diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obire officia. Quia concilium poſtquam reuocaſſet in vſum d. Bonifacij conſtitutionem, metuens, & prouidens, quod fortaſſe in quibuſdam eccleſiis aliquorum Canonicorum in abuſibus, & malis conſuetudinibus tanta eſſet obſtinatio, ſeu obduratio, vt etiamſi diſtributiones ad tertiam partem fructuum, vel vltra aſcenderent, & diuinis officiis intereſſent, tamen ipſi officia propter illas nollent decantare, vel ijſdem deſeruire: Idcirco voluit, & ſtatuit dicta Synodus, vt omnes, & præſertim tales, quos neque timor Dei, neque eccleſiæ honor, neque amor ſalutis propriæ inuitaret, etiam inuiti in exemplum aliorum, ad diuina officia per ſe facienda, & decantanda compellerentur; viſo, & conſiderato quod hoc ex primæua canonicatuũ, & præbendarum inſtitutione, atque iuris diſpoſitione

*a per cap. cum iamdudum. in fin. de præb.*

*Canonici à confeſſariis ſuis ad diſtributionum cõtra iuris diſpoſitionem perceptarum reſtitutionem cogendi ſunt.*

*b ſeſſ. 14. ca. 6. de ſacram. pœnit. & can. 9.*

*c ſeſſ. 22. de refor. cap. 3.*

*d ſeſſ. 24. c. 12.*

*Qui ad diuina officia per ſe ipſos obeunda cõpellendi ſint.*

*Tertia pars fructuum dignitatum & præbendarum conuerti debet in diſtributiones.*

facere teneantur. Quinimò eadem Synodus, cum ſeſſ. 21. cap. 3. declaraſſet beneficia ad diuinum cultum atque eccleſiaſtica munia obeunda eſſe conſtituta, & ne hæc negligerentur, ſtatuiſſet, vt tertia pars fructuum & quorumcumque prouentuum, & obuentionum tam dignitatum, quàm canonicatuum, perſonatuum, & officiorum in eccleſiis cathedralibus, & collegiatis, in quibus nullæ, vel nimium tenues eſſent diſtributiones, ſeparari deberet, & in diſtributiones quotidianas conuerti: ne qua in parte minueretur diuinus cultus, & ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtaretur, voluit, vt creſcente non ſeruientium contumacia, liceret contra eos procedere iuxta iuris, ac ſacrorum canonum diſpoſitionem.

Adhæc vulgata eſt apud Canoniſtas & Summiſtas regula; quod reſtituere teneatur, qui accepit ob causam, & cauſa nō eſt ſecuta[a]. Sed Canonici qui ſunt diuinis officiis diſtributiones accipiunt ob cauſam, vt ſcilicet diuinis officiis in eccleſia cum ... miniſterio deſeruiant, vt patet per loca & iura allegata. Ergo ſi hanc cauſam propter quam ... tiones acceperunt, non fecerint, à reſtitutione ... dem quomodo excuſari poterunt non videmus, ... ſertim ſi dicta condictio ob cauſam in iudicio ... tentetur. Hoſtienſis cui maxima inter Canoniſtas ... buitur authoritas, reſpondens ad quæſtionem, ... clerici reſidere debeant[b]: Certè, inquit, in perſona ... pria faciendo ſeruitium eccleſiæ[c], in ſuo ordine, ... etiamſi Canonicus ſit, alij Canonico miniſtrare ... branti[e]. Ad hoc enim ſunt conſtituta beneficia, ... uitium inde fiat. Vnde ipſa non debet recipere, ... ſeruit[f]. Parum autem eſt, præſentiam ſui exhibere ... curam ſeu ſeruitium eccleſiæ negligere[g]. Et ... contra prauam conſuetudinem quarūdam eccleſiarum, quæ reputant Canonicos reſidentes, ex quo ... ſunt in loco, licet non intrent eccleſiam. Sed ... qua ratione magis intelligatur reſidēs, quo ad ... nem beneficij, præſens Canonicus, qui in manu ... accipitrem deferens, nec aliter eccleſiæ deſeruiens, ... abſens ex cauſa etiam probabili & honeſta. Hoc ...

Hos

a *Franciſ. de plat. Theol. Bonon. in l. reſtit. nu. 173. alleg. l. ſi pecuniam. et l. ſi mulier. ff. de condict. cau. dat. cau. nō ſec. & l. 1. §. 1. ff. de condict. ob cauſ.*

b *in ſum. tit. de cler. non reſid.*

c *alleg. ca. quia nonnulli. & c. cōquerēte. d. tit.*

d *c. propoſuit. de filius presb.*

e *arg. cap. cum decorem. de fil. presb.*

f *arg. d. c. conquerente. & c. cum ad hotabi. & c. diuerſis. de cler. coniug.*

g *arg. d. c. quia nonnulli. & c. extirpandæ. §. qui vero. de præben.*

Hoſtienſis. Hinc D. Iacobus Varinerius Decanus eccleſiæ collegiatæ Treuoltianę in enchiridio iudicum eccleſiaſticorum [a], ſecutus ſententiam Archidiaconi [b], dicit; quod illi, qui tenentur intereſſe diuinis officiis, non ſatisfaciunt, niſi cum effectu adſint, celebrando, & cantando. Atque hoc ipſum ſequitur gloſſa in pragm. ſanct [c]. Quare ſi Canonici, qui tenentur intereſſe diuinis officiis, non ſatisfaciunt, niſi cum effectu adſint, celebrando, vel cantando, euidenter conſequi videtur, quod vigore d. conſtitutionis Bonifacij ad reſtitutionē diſtributionū tenentur, qui in diuinis officiis non celebrauerint vel cantauerint, niſi, vt dictum eſt, legitimè excuſati ſint.

Si igitur omnibus diligenter diſcuſſis, & conſideratis, facile videre eſt, quàm ſit periculoſum, hanc ſupradictam noſtram ſententiam, tanquam improbabilem, vel nimis duram reijcere (ſicut quidam fortaſſe facere potuerunt) cum tot doctorū virorum teſtimoniis videatur comprobari: Et omnium conſenſu tutiſſimum ſit, in iis quæ ad mores, & animam pertinent, ſequi ſententiam, vel eam partem, quæ ſalutem animæ promouet, atque honorē eccleſiæ, cultumq; diuinū auget, & amplificat.

## *De pœnis Simoniacorum.* CAP. XII.

AD arcendum, & profligandum peſtiferum illud & execrandum Simoniæ crimen ab eccleſia Dei, mirum in modum illam labefactans, diuerſæ & graues à ſummis Pontificibus, & œcumenicis concilijs decretæ, & conſtitutæ ſunt pœnæ. Si quis igitur in ordine ſuſcipiendo Simoniam commiſerit, ipſo iure ab illius executione ſuſpenſus eſt, & excommunicatus [d]. Deinde qualitercumque de hoc crimine conſtiterit, ſiue per modum accuſationis, ſiue inquiſitionis, ſiue denuntiationis, eſt deponendus [e].

Simoniacus autem in dignitate, vel beneficio conuictus per accuſationem, deponitur, & infamia notatur: per inquiſitionem, vel denuntiationem, amouetur [f]; & ab executione, ſeu adminiſtratione officij beneficio, ſeu dignitati annexi, ipſo iure quoque ſuſpenſus eſt [g]. Deinde beneficium quod accepit, reſignare, & temporalia reſtituere debet [h]. Tamen ille, qui per Simoniam

*a not. 119.*

*b in ca. fin. de ſent. excō. in 6.*

*c t. t. quom. diuin. offic. ſit celebr. ad verb. clauſa.*

*d ca. accuſatū. ca. quotiens. de Simon. c. reperiūtur. c. ſi quis Epiſcopus. c. ordinationes. cap. quibuſdam. 1. q. 1.*

*e c. ſuper his. c. inquiſitionis. et ibi gloſ. et DD. de accuſation. Goffred. et Hoſtien. in ſum. de Simon.*

*f c. per inquiſitionē. de electio. c. inquiſitionis de accuſa. c. ſane. 15. q. 3. c. erga Simoniacos. 1. q. 1.*

*g c. dudum 2. et ibi gl. et DD. de elect. gl. in d. c. reperiuntur. 1. q. 1. Goffred. et Hoſt. in Sū. tit. de Simo. & Syluest. in Sū. de Simo. § 19.*

*h c. de hoc. et c. audiuimus. et vtrobique gl. et DD. de Simon. Do. Soto de iuſt. & iur. lib. 9. quæſt. vl. Goff. & Hoſtien. in Sum. tit. de Simon.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſignauit, quia deliquit, nō poteſt illud beneficium ita reſignatum, & collatum repetere; nec ille, qui Simoniacè adeptus eſt, retinere [a]; quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur [b], & fruſtra canonis, ſeu legum auxilium inuocaret, qui tam enormiter in illa commiſerit [c]. Quinimò poteſt eam reſignationem Superior admittere ſimpliciter, & tertio beneficium illud conferre. Alioquin Simoniaco faueretur, ſi beneficium, quod per Simoniã reſignauit, repetere liceret; quod nequaquam eſt faciendum; imò ad extirpandum, & profligandum tam abominandum, & peſtiferum ab eccleſia malum eorũ malitiis eſt obuiandum, & condignè ſunt puniendi; quia fraus, & dolus eis patrocinari non debent. Publicæ enim vtilitatis intereſt, ne crimina maneant impunita; & per impunitatis audaciam fiant ... quam erant, nequiores [f]. Quod autem beneficium Simoniacè reſignatum, tertio alicui à Superiore conferri poſſit, ex eo ſatis liquet, quod cùm iſtud Simoniæ crimen æquiparetur crimini læſæ maieſtatis, & ... reſignans ipſo iure priuatus beneficio ſuo cēſetur ... & inſigni ſua conſtitutione declarauit Paulus ... Papa II. his verbis [h].

Cùm deteſtabile ſcelus Simoniacæ prauitatis ... diuinorum, quàm ſacrorum canonum auctoritate ... reat, atque damnet; nos cõſiderantes, quod plerumque ... narum grauitas, quàm Dei timor arcere ſoleat ... tate peccandi, ac ſummis deſideriis affectantes, ... rum peſtiferum vitium non ex vſu ſolùm, ſed etiam ... mentibus hominum, ſaltem propter pœnarum ... penitùs euellatur, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, ac etiam ... & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, ... nis, & interdicti ſententias, cenſuras & pœnas ... Romanis Pontificibus prædictis, & pro talibus ... tis contra Simoniacos quomodolibet latas, & ... qui cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis vel præeminentiæ fuerint: etiam ſi cardinalatus ... triarchali, epiſcopali, regali, reginali, vel alia ... eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitatibus præfulgeant &

a gl. not. in ca. ſuper hoc. ad verb. pecunia. de renuntiat. & in cap. conſtitutus, ad verb. audiatis. de tranſact. & in c. cum ſuper. de cõceſſio. præ. Innoc. in c. cum vniuerſorũ. de rer. permut.

b cap. vlt. & penult. & ibidem gloſ. de adulter.

c text. expreſ. in ca. quia fruſtra. de vſur. & cap. an ſit. & cap. conſtitutis. 1. de appellatio.

d Dom. conſil. 1.5. Staph. in tract. de liter. gra. tit. de var. mod. vacat.

e c. ſedes, et ibi gl. & DD. de reſcript. l. in fund. ff. de rer. vendit.

f c. vt famæ, et ibi gloſ. et DD. de ſentent. excom. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.

g ca. 1. & ibi gloſſ. de teſtib. in 6. c. quicumque 1. q. 1. cap. vlt. 1. q. 7. Fel. & alij in cap. inſinuatum. de Simon.

h extrauag. cum deteſtabile. tit. de Simon.

ctorum quemlibet tam manifeſtum, quàm occultum, quas ipſo facto eos incurrere volumus, confirmantes, & innouantes apoſtolica auctoritate, declaramus; quod omnes illi, qui Simoniacè ordinati fuerint, à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi. Per electiones verò, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſcunque alias diſpoſitiones, quas Simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omninò careant, in eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, perſonatibus, officiis eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ percepit reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo ſit aſtrictus. Statuentes præterea, quod vniuerſi, & ſinguli etiam præmiſſis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando, vel recipiendo Simoniam commiſerint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, ſeu procurauerint, ſententiam excõmunicationis incurrant: à qua niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente non poſſint abſolui, præterquã in mortis articulo conſtituti. Et vt huiuſmodi labis contagio frequentius comprimatur, omnibus & ſingulis eccleſiaſticis, ſæcularibuſque perſonis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius iniungimus, vt eos omnes, quos Simoniã huiuſmodi commiſiſſe, vel procuraſſe, aut in ea mediatores eſſe fuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per ſe, vel alios reuelare quamocius non omittant. Pro reuelatione huiuſmodi, etiam ſi complices fuerint, non ſolum veniam à nobis, ſed etiam gratiam conſecuturi, ſi eorum iudicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod ſi non fecerint, abſolui non valeant, donec prædicta reuelent, & complices huiuſmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, &c.

*Pœna ſimoniacè ordinatorũ.*

*Prouiſorũ ſimoniacè pœna.*

*Pœna committentium Simoniam, dãdo, recipiẽdo, vel conſulẽdo, aut procurando.*

Præterea Pius V. Papa cùm primum atque pontificium officium ſuſcepiſſet, ſtatim omnem curam, & cogitationem ſuam defigens, vt Simoniacæ prauitatis labes penitus aboleretur, conſtitutiones anteceſſorũ ſuorum cõtra Simoniacos editas, & præſertim prædictam

*Pij V. Papæ cōtra Simoniacos conſtitutio edita an. Dn. 1566. pontificatus ſui anno primo.*

Pauli 2. inuiolabiliter obſeruari mandauit, & delin-
quentes tam in ſacrorum ordinum receptione, quam
beneficiorum aſſecutione, ſtatutis etiam in eis pœ-
nis ſua auctoritate affici voluit. Quicumque igitur de-
teſtabile vitium Simoniacę prauitatis commiſiſſe con-
uictus fuerit in conſequendis ordinibus, eo ipſo ab
illorum executione per decennium ſine ſpe diſpenſatio-
nis ſuſpenſus, & per annum carceribus mancipetur.
Qui dignitates eccleſiaſticas Simoniacè acquiſierit,
illis ſit ipſo iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos
perceperit, reſtitutionē teneatur, & perpetuò inha-
bilis ad ea, & quæcumque alia beneficia eccleſiaſtica
obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commi-
ſiſſe conuictus fuerit, præter ſupradictas pœnas, etiam
corporaliter puniatur, & ab ordinibus eccleſiaſticis de-
gradatus, à fidelium conſortio eijciatur. Qui vero ordi-
nes, & beneficia Simoniacè contulerint, pœnis
ſtatutis puniantur, cuiuſcumque gradus, conditionis,
& dignitatis, etiamſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, vel ma-
iores fuerint. Caueant præterea quicumque, ne in ſa-
cramentorum exhibitione, Simoniacū aliquid com-
alioquin grauiſſimè puniātur per locorum Ordinarios,
qui huiuſmodi criminis reos cum maxima ſeueritate
coërcere procurent iuxta concilij Tridentini ſanctiones.
Et vt iſtius criminis notitia facilius habeatur, voluit
idem Pius V. vt in illo non ſolum per accuſationem,
& inquiſitionem, ſed etiam ad ſimplicem, & ſecretam
denuntiationem procedatur per quoſcumque iudices
aliàs tamen de iure competentes, tam ratione delicti,
quàm perſonarum; ita quod inter eos locus ſit præuen-
tioni. Quodſi aliqui ex calumnia aliquos denuntiaſſe
comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri vo-
luit, & mandauit. Mulctæ autem pecuniariæ ex
Pij V. decreto applicabuntur pro duabus partibus vſibus
piis arbitrio Ordinariorum, pro tertia accuſatori, qui
delinquentes detulerit. Et in virtute ſanctæ obedien-
tiæ mandat Principibus Chriſtianis & terrarum Do-
minis, vt præmiſſa omnia in ſuis dominiis ac terris
exactiſſimè ſeruari faciant, vberrimā ab ipſo Deo mer-
cedem tam boni operis recepturi.

Q

Quare cùm Simoniaci veluti primi, & præcipui hæretici ab omnibus fidelibus ſint reſpuendi, & etiam ab cæteris poteſtatibus opprimendi, propterea quod omnia crimina ad Simoniacæ hæreſis comparationē, quaſi pro nihilo reputentur[a]; cumque eorum beneficia ipſo iure vacent, & poſſint impetrari, etiam abſque alia declaratione, quæ, ſi opus ſit, poterit fieri poſt impetrationem[b], omnes, quibus ad eccleſiæ reformationem, & ad in illa piè, & laudabiliter inter eccleſiaſticos viuendum eſt animus, illorum beneficia ſtatim impetrent; dummodo ſciant, & confidant, ſe Simoniam admiſſam ſufficienter, & legitimè probaturos[c]. Si qui verò de Simonia à ſe commiſſa, in animo tacitè dolent, & animæ ſuæ ſaluti bene conſultum, & prouiſum cupiant, beneficiumque acceptum relinquere nolunt, neceſſum eſt, illud à Papa de nouo impetrent; narrando eidem ſuam Simoniam, ſupplicando, quatenus ſibi concedatur reſcriptum perinde valere, ſi Simoniaca prouiſio ab illo fuerit impetrata: Si verò collatio beneficij ab alio fuerit facta, quàm à Papa, impetranda eſt noua ab hoc prouiſio[d].

Porrò pecunia, quæ Simoniace accepta eſt, quia ſine graui ſalutis ſuæ periculo accipiens retinere non poteſt, debet illam reſtituere eccleſiæ, in cuius contumeliam, vel iniuriam data fuit, non autem illi, qui dedit[e], niſi fortè pauper eſſet, & non haberet vnde viuere, monaſteriumque ingredi vellet[f]. Si autem habet vnde viuat, & eccleſiæ collegium ſeu Capitulum dando pecuniam acceperit, tunc omnes accipientes, & delinquentes debent de eccleſia eijci, & pecunia eccleſiæ illi applicari; ne ex eodem facto pœnam, & præmium conſequantur[g]. Aut ſi non eijciantur, pecunia illa pauperibus eſt eroganda[h]. Si verò ſolus Prælatus, vel alius aliquis particularis de eccleſia deliquerit, tunc iſte ſolus punietur, & pecunia applicabitur eccleſiæ, in cuius ignominiam data fuit, vt dictum eſt: Is verò, qui beneficij Simoniacè acquiſiti fructus recepit, etiamſi eccleſiæ ſeruierit, quia tanquam fur, & latro ingreſſus eſt in eccleſiam, & non per oſtium, ad omnium eorundem quos recepit,



a *c. fin. 1. q. 7.*

b *arg. ca. cum ſecundum leges de hæret. in 6. Rebuf. in prax. benef. tit. de Simon. in reſig.*

c *Rebuff. in prax. benefic. d. loco.*

d *Rebuff. in praxi benef. tit. quot. mod. ben. acquir. par. 1. & de reſcripto etiam et perinde valere. par. 2*

e *c. de hoc. & ibi gloſ. et Panor. c. conſuleri. & c. audiuimus de Simon. authen. de ſanctiſſ. Episc.*

f *arg. c. veniēs. et ibi gloſ. Panor. in d. ca. de hoc. Goffred. et Hoſt. in ſum. de Simo. Innoc. in d. c. de hoc.*

g *l. ſine hæreditario. ff. de negot. geſt. glo. in d. c. de hoc. ad verb. reſtituāt. & ibid. Pan.*

h *arg. ca. cum tu, de vſur. Hoſtien. et Panor. in d. cap. de hoc. Syluest. in Sum. de Simo. §. 20. verſ. 2.*

& qui recipi potuerunt, reſtitutionem obligatur[a].
Nam cùm vinculo excommunicationis per Simoniam
innodatus ſit, & beneficio ipſo de iure priuatus[b], fru-
ctus licitè ſibi nullo modo retinere poteſt[c]. Alioquin
ex delicto, & crimine ſuo commodum reportaret,
quod eſſet prorſus abſurdum, & iniquum; cùm po-
tius debeant in eius pœnam retorqueri[d]. Nam ex-
communicatio ſecum trahat executionem, vt Inno-
tius III. Papa reſcripſit[e], illi prouentus eccleſiaſtici me-
ritò ſubtrahuntur, cui eccleſiæ communio denegatur.
Atque iſti fructus, & prouentus in vtilitatem eccleſiæ,
cui per huiuſmodi Simoniam iniuria, & contu-
facta eſt, conuerti debent[f]: non autem illius, qui ma-
gnauit, idque ob cauſas, & rationes ſupradictas, ne
ſua malitia commodum reportet. Si verò in bene-
Simoniacè adepto reſedit, & chori accepit di-
nes, diuina officia frequentando, & peragendo
reſtituere tenetur Canonicis iſtius eccleſiæ, vbi
niſi aliter ordinatum eſſet ex ſtatuto, vel conſen-
Capituli[g], & niſi Simoniæ commiſſæ mediatores
ſent[h], vel diuina officia iſti non per ſe, ſed per
tutos, ſeu vicarios facerent[i]. Nam tunc illæ
ſiæ vtilitatem, vel pauperum eleëmoſynam con-
tendæ eſſent, vt ſupra dictum eſt, de pecunia Si-
niacè acceptæ reſtitutione facienda. Et tantum
eſt, vt, cùm per excommunicationem ſuam
cleſiam fuerit, aliquid eccleſiæ nomine poſſideret
ſit, vt etiam vel ob hoc ſolum, quod ſe in tali
officiis diuinis peragendis ingeſſerit, beneficio
ſpoliandus, & deponendus ſit[k]. Poſtrema & ma-
terribilis pœna contra Simoniacos à Deo per D.
trum decreta, & pronuntiata[l], eſt æterna perd-
damnatio in ſtagno ardenti igne & ſulphure,
fletus & ſtridor dentium[m].

a pulch. Goffr. in ſum. de Sim. Io. Naucler in tract. de Simo. et ibid. Rebuff. in addition. ad eundem & in prax. benef tit. de Simo. in reſig. Sylueſt. in Summ. de reſtit. 3. §. 9.
b vt pat. per ſup. alleg.
c c. paſtoralis. in fi. & ibi gl. et Inno. et Hoſt. et alij de appel. c. poſtulaſtis. et ibi gl. Hoſt. & Panor. de cler. excom. Itē Hoſtien. in ſum. d. tit. & de ſent. excom.
d ca. intelleximus. & ibi gl. & DD. de iudic. c. etſi. de donatio. inter vir. & vxor. l. eui- déter. ff. de except. rei iudic. l. fine ff. de nego. geſt. Goffre. & Hoſtiē. in ſum. tit. de cler. excō.
e c. paſtoralis. in fi. de appell. & ibid. gloſſ. ſing. & Hoſt.
f arg. c. penult. de cler. non reſid. Inno. in c. ſicut. de cohab. cler. alleg. d. c. paſtoralis. & gl. ... quia clerici. ad verb. ſpoliando. de iur. patron. & in c. ad aures. ... verb. prorſus amittant. de pœnis. Felin. in cap. de hoc. de Simon.
g c. vnico. & ibi gloſſ. de cler. non reſid. in 6. h cap. 1. de Simon. in extrauag.
i Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. ca. 12. k c. cler. c. Latores et c. fraternitati: ... Hoſt. in ſum. de cler. excō. et gl. in pragm. ſanctio. tit. de tenēt capit. ...
l act. 8. cap. c. reperiuntur. 1. q. 1. m Io. in Apocal. cap. 21. & Matth. cap. ...

## *De ambitione.* CAP. XIII.

CVm ad deteſtandum, & execrandum Simoniæ crimē plurimi è clero ambitione, & dignitatum, atque honorum cupiditate inducantur, de hac ligenda, & ab eccleſia profliganda iam aliquid dicemus: Si vnquam, nunc maxime, & conuenientiſſimè cum D. Bernardo [a] Pōtifici Romano dici, vel ſcribi potuit: Plena eſt ambitioſis eccleſia, non eſt iam quod exhorreat in ſtudiis, & molitionibus ambitioſis, nō plus, quàm ſpelunca Latronum in ſpoliis viatorum: Si Chriſti diſcipulus es, igneſcat zelus tuus, exurgat auctoritas aduerſus impudentiam, & generalem peſtem. Intuere magiſtrum ſic facientem, & audi dicentem [b]: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Non parat aures, vt audiat, ſed flagellum, quo feriat. Verba nec facit, nec recipit; nec enim ſedet iudicans, ſed inſequitur puniens. Cauſam tamen non tacet, quòd videlicet domum orationis negotiationis feciſſent. Ergo & tu fac ſimiliter. Erubeſcant vultum tuum iſtiuſmodi negotiatores: Si non timeant: & tu flagellum tenes. Timeant nummularii, nec fidant in nummis, ſed diffidant. Abſcōdant nummos à te, ſcientes effundere, quàm accipere paratiorem. Hoc ſtudioſè, & conſtanter agendo, multos lucrifacies turpium ſectatores lucrorum, honeſtioribus officiis vindicando. Multos, ne vel audeant huiuſmodi conari, ſeruabis. O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places [c]. Nil acerbius cruciat, nil moleſtius inquietat: nil tamen apud miſeros mortales crebrius, & celebrius negotiis eius. An non limina Apoſtolorum plus iam ambitio, quàm deuotio terit? An non vocibus eius veſtrum tota die reſultat palatium? An non quæſtibus eius tota legum canonumque diſciplina inſudat? An non ſpoliis eius omnis Italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas? Aliud eſt quod ab oppreſſis appellatur ad te; aliud autem quod ambitio in eccleſia per te regnare molitur. Nec cedendum illis, nec huic aliquatenus aſſentire oportet [d]. Ambitionis via adoratio diaboli eſt, qua, videlicet, ad honores, & gloriam mundi perueniendum, ſuis ille adoratoribus pollicetur [e]. O impatiens, & effrenis, turpis

a *De conſider. lib. 1. in fin.*

*Eccleſia plenæ eſt ambitioſis.*

b *Ioan. 12.*

*O ambitio ambientium crux.*

c *Hoſtien. in c. in tantum de præbend.*

d *Idem Bern. lib. 3. de conſid.*

e *Bernard. in pſal. 90. ſerm. 6. Huc pertinet & illud quod Cyprian. habet in ſermo. de ieiunio, in fine.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæſtus cupiditas! ô ardor intemperans! ô cæca, &
pudenda ambitio? Apertè prius frontoſeque
digna ſatis petitione tentare catholicum, dolo
pulſam, incunctanter ad ſchiſmaticum refugere,
pta de manu ſacrilega malè cupita poteſtate,
*a Idē in epiſt. 126.* nuò Domini gloriȩ crudeliter confodere non
Curritur in clero paſſim ab omni ætate, & ordine,
doctis pariter & indoctis ad eccleſiaſticas
quam ſine curis iam quiſque victurus ſit, cum
peruenerit. Nec mirum de his, qui necdum
ipſis experti ſunt. Videntes quippe illos, qui
prios humeros cupitæ ſarcinæ ſubmiſerunt,
lùm non gemere, tanquam ſub onere, ſed
petere plus onerari: non deterrentur periculis,
piditate cæcati non vident, ſed fauoribus
*Ambitio ſemper infinita.* illis inuident, prouocantur. O infinita
tio, & inſatiabilis auaritia! Cum primos
dus meruerint in eccleſia; meruerint autem
merito, vel pecunia, ſiue etiam carnis, &
quæ regnum Dei non poſſidebunt, prærogatiua
ideo corđa quieſcunt, duplici ſemper æſtuantes
rio; quo vtique magis ac magis & dilatentur
ra, ac ad celſiora ſublimentur: verbi gratia,
ctus quis fuerit in quacumque eccleſia Decanus,
poſitus, Archidiaconus, aut aliquid huiuſmodi,
contentus vno in vna, plures ſibi, imò quot
conquirere honores ſatagit, tam in vna, quam
bus. Quibus tamen omnibus, ſi locus eueniret,
vnius præferret Epiſcopi dignitatem. Sed
ſatiabitur? Factus Epiſcopus, Archiepiſcopus
derat. Quò fortè adepto rurſum neſcio quid
ſomnians, laborioſis itineribus, & ſumptuoſis
ritatibus Romanum ſtatuit frequentare palatium,
ſtuoſas ſibi quaſdam inde comparans amicitias.
cri ſpiritualis gratia hæc faciunt, laudandus
ſed præſumptio corrigenda. Meditātibus honores
*Honores, onera penſantibus tædio ſunt, atque formidini.* diuntur, ſed onera penſantibus tædio ſunt,
midini. Non autem omnes capiunt hoc verbum.
enim non tanta fiducia, & alacritate currerent
res, ſi eſſe ſentirent & onera. Grauari profectò

re, nec cum tanto labore, & periculo quarumlibet ſuſtinerent infulas dignitatum. Nunc verò quia ſola attenditur gloria, & non pœna, purum eſſe clericum erubeſcitur in eccleſia, ſeque viles æſtimant, & inglorios, qui quocumque eminentiori loco non fuerint ſublimati. Scholares pueri, & impubes adoleſcentuli ob ſanguinis dignitatem promouentur ad eccleſiaſticas dignitates, & de ſub ferula transferuntur ad principandum presbyteris; lætiores interim quod virgas euaſerint, quàm quod meruerint principatum, nec tam illis blanditur adeptum, quàm ademptum magiſterium. Et hoc quidem in initio. Proceſſu verò temporis paulatim adoleſcentes docti ſunt in breui vendicare altaria, ſubditorum marſupia vacuare, magiſtris nimirum hac diſciplina vtentes idoneis, ambitione, & auaritia [a]. Quare B. Leo Epiſcopis Africanis ſcribens [b]: Miramur, inquit, apud vos per occaſionem temporis impacati aut ambientium præſumptionem, aut tumultum valuiſſe popularem, vt indignis quibuſlibet, & longè extra ſacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium, & gubernatio eccleſiæ crederetur. Non enim eſt hoc conſulere populo, ſed nocere: nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen. Integritas enim præſidentium, ſalus eſt ſubditorum. Et vbi eſt incolumitas obedientiæ, ibi ſana eſt forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit; etiam ſi moribus atque actibus non offendit, ipſius tamen initij ſui eſt perniciosus exemplo: & vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. Quodſi in quibuslibet eccleſiæ gradibus prouidenter, ſcienterque curandum eſt, vt in domo Domini nihil inordinatum ſit, nihilque præpoſterum: quantò magis elaborandum eſt, vt in electione eius, qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite. Vbi eſt illa beati Pauli Apoſtoli per ſpiritum Dei emiſſa præceptio, qua in perſona Timothei omnium ſacerdotum Chriſti numerus eruditur, & in-

a Bernar. epiſt. 42.

b epiſt. 87. & cap. miramur. diſt. 61.

*Integritas præſidentium, ſalus eſt ſubditorum.*

*In domo Domini nihil ſit inordinatum.*

*a 1. Timoth. 4.*
*Citò manus alicui imponere quid ſit.*

& inde vnicuique noſtrum dicitur[a]: Manus nemini ci-
tò impoſueris, neque cõmunicees peccatis alienis. Quid
eſt, citò manus imponere, niſi ante maturitatem æta-
tis, ante tempus examinis, ante tempus emeritæ obe-
dientię, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem ho-

*Communicare peccatis alienis quid ſit.*

norem tribuere non comprobatis? Et quid eſt commu-
nicare peccatis alienis, niſi talem effici voluntate ta-
lis eſt, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni ope-
ris ſibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligen-
ſacerdotẽ iudicium: ita graui ſemetipſum afficit dam-
no, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum.
Non enim in cuiuſquam perſona prætermittendum eſt,
quod inſtitutis generalibus continetur; nec putandus

*Honor illegitimus.*

honor ille legitimus, qui fuerit cõtra diuinæ legis præ-
cepta collatus. Meritò patrum beatorum venerandæ
ſanctiones, cùm de electione ſacerdotum loquerentur,
eos demum ſacris adminiſtrationibus idoneos cenſue-
runt, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis vſque
ad perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia eccleſia-
ſticæ cucurriſſet, & vnicuique teſtimonium proba-

*Quomodo ad honores perueniendum ſit.*

præberet. Nec poteſt de eius prouectione dubitari:
pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actioni-
bus ſtrenuis, celſioris loci præmium debetur. Si enim
ad honores mũdi ſine ſuffragatione temporis, & me-

*Ambitus notari qui ſoleãt.*

rito laboris indignum eſt perueniri, & notari ambitu
ſolent, quos probitatis documenta non adiuuant: quàm
diligens, & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio di-
uinorum munerum, & cæleſtium dignitatum.

*b l. ſancimus. C. ad leg. Iul. repetund.*
*Ad honoris inſignia quales ſint promouẽdi.*

Ab Imperatoribus enim Theod. & Valent. hac
ſuper conſtitutio promanauit[b]: Sancimus eiuſmodi vi-
ros ad prouincias regendas accedere, qui ad hono-
ſignia non ambitione, vel pretio, ſed probitate vi-
amplitudinis ſuæ ſolẽt teſtimonio promoueri: ita
vt quibus hi honores per ſedis tuæ, vel per noſtra fue-

*Ad dignitatem promoti quale debeant præſtare iuramẽtum.*

rint electionem commiſſi, iurati inter geſta depona-
ſe pro adminiſtrationibus ſortiendis neque dediſſe
quippiam, neque daturos vnquam poſtmodum
ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam, in fraudem
legis ſacramentique, aut venditionis, donationis ti-
tulo, aut alio velamento cuiuſcumque contractus.
ob h

ditor, exceptis ſolis ſalariis, nihil penitùs tam in administratione poſitos, quàm poſt depoſitum officium aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuitò meruerunt, accepturos. Et licet neminem diuini timoris, contemnendo iuſiurandum, arbitramur immemorem, vt ſaluti propriæ vllum commodum anteponat: tamen vt ad ſalutis timorē etiam neceſſitas periculi ſubiungatur; ſi quis auſus fuerit præhabita ſacramēta negligere, non modo aduerſus accipientem, ſed etiam aduerſus dantem, accuſandi cunctis, tanquam crimen publicum, concedimus facultatem; quadrupli pœna, eo qui conuictus fuerit, modis omnibus feriendo.

*Saluti propriæ nullum commodū anteponendum.*

Etiam alij Imperatores ſuum erga cleri integritatem, & Dei debitum cultum, ſtudium & zelum declarantes, hanc de electione Epiſcopi promulgarunt ordinationem [a]: Si quemquam vel in hac vrbe, vel in cæteris prouinciis, quæ toto orbe diffuſæ ſunt, ad Epiſcopatus gradum prouehi Deo auctore contigerit; puris hominum mentibus, nuda electionis conſcientia, ſincero omnium iudicio proferatur. Nemo gradum ſacerdotij pretij venalitate mercetur: quantum quiſque mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimetur. Profectò enim quis locus tutus, & quæ cauſa poterit eſſe excuſata, ſi veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? Quid denique cautum eſſe poterit, aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? Ceſſet altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à ſacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur Epiſcopus, vt quocumque locorum peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet. Non pretio, nec precibus ordinetur Antiſtes. Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi. Profectò enim, indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus: cùm ſi quis hanc ſanctam, & venerandam Antiſtitis ſedem pecuniæ interuētu ſubiiſſe, aut ſi quis vt alterum ordina-

*a l. ſi quemquā C. de Epiſc. & cler.*

*Quid dignitatum collatoribus conſiderandū in collation.*

*Qualis eligendus Epiſcopus.*

ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe deregitur,
inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis accuſatione
propoſita à gradu ſacerdotij retrahatur. Nec tantum
ſolum deinceps honore priuari, ſed perpetuæ quoque in-
famiæ damnari decernimus; vt eos, quos par
coinquinat, & æquat, vtroſque ſimilis pœna condemnet.

*Locus regiminis fugiendus potius eſt, quàm capiendus.*

CAP. XIIII.

*a epiſt. 169. lib. 6. & c. in ſcriptura, 8. q. 1.*

D. Gregorius Siriaco Epiſcopo ſcribens[a]: Scri-
pturis, inquit, veſtris vos magnopere
quæſiſſe narratis; ſed per hoc ad paſtoralem ſol-
licitudinem vos congruè veniſſe oſtenditis
locus regiminis deſiderantibus negandus
*b Hebr. 5. Numer. 25.* gientibus offerendus eſt. Et ſicut ſcriptum eſt[b]
quiſquam ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatur
tanquam Aaron. Et rurſus idem egregius
*c 2. Corinth. 5.* dicit[c]: Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo om-
nes mortui ſunt, & pro omnibus Chriſtus mortuus
ſi hoc eſt, ſupereſt, vt qui viuunt, non iam ſibi
ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.
*d Ioann. 21.* ſtori ſanctæ eccleſiæ dicitur[d]: Simon Ioannis amas me?
Paſce oues meas. Ex quibus verbis colligitur
is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit paſcere,
oſtendit ſe paſtorem ſummum minimè amare.
vnigenitus patris, pro explenda vtilitate omnium,
ſecreto patris ad publicum noſtrum egreſſus eſt,
quid dicturi ſumus, qui ſecretum noſtrũ præponimus
vtilitati proximorum? Quies itaque nobis
appetenda eſt, & tamen pro multorum lucro
do poſtponenda. Nam ſicut toto deſiderio
occupationem fugere; ita (ſi deſit qui prædicet)
pationis onus libenti neceſſe eſt humero ſubire.
ex duorum prophetarum opere docemur, quorum
prædicationis officium vitare conatus eſt, &
petijt. Nam mittenti ſe Domino Hieremias
*e Hierem. 1.* dit, dicens[e]: A, à, à, Domine Deus, ecce neſcio
qui, quia puer ego ſum. Et cùm omnipotens Deus
prædicandum ſibi perſonam quæreret, dicens: Quem
mittam, & quis ibit ex vobis? vltro ſe obtulit

dicens[a]: Ecce ego, mitte me. En ab vtriſque exterius diuerſa vox prodijt, ſed non à diuerſo fonte dilectionis emanauit. Duo quippe ſunt præcepta charitatis, amor Dei, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodeſſe proximis cupiens Iſaias officium prædicationis appetijt: Per contemplatiuam verò Hieremias amori conditoris ſedulè inhærere deſiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetiit, hoc laudabiliter alius expauit. Iſte ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet; iſte ne damna ſtudioſi operis, tacendo ſentiret. Sed hoc in vtriſque eſt ſubtiliter intuendum; quia & is, qui recuſauit, plenè non reſtitit: & is, qui mitti voluit, ante ſe per altaris calculū purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quiſquam myſteria ſacra audeat: aut quē ſuperna gratia elegit ſub humilitatis ſpecie ſuperbè cōtradicat. Nam cùm huius mundi ſucceſſus præcipitur, cùm locus ſuperior imperatur, is, qui ad percipiēda hęc obedit, obedientiæ ſibi virtutē euacuat, ſi ad hęc ex proprio anhelat. Neque enim ſe ſub obediētia dirigit, qui ad percipiēda huius vitę proſpera, libidini proprię ambitionis ſeruit[b]. Hoc autem, quod Apoſtolus dixit[c]: Si quis epiſcopatum deſiderat, &c. exponere voluit, inquit D. Auguſtinus[d], quid ſit epiſcopatus, quia nomen eſt operis, non honoris. Græcū eſt enim, atque inde dictum vocabulū, quod ille, qui præficitur, illis, quibus præficitur, ſuperintendit, curam eorū, ſcilicet, gerens: σκόπος quippe intentio. Ergo Epiſcopos, ſi velimus latinè, ſuperintēdentes poſſumus dicere: vt intelligat non ſe eſſe Epiſcopū, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe. Itaque à ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur; quod ad laudabile pertinet otium. Locus verò ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, & ſi ita teneatur, atque miniſtretur, vt decet, tamē non decenter appetitur: quamobrem otium ſanctū quærit charitas veritatis; negotiū iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinā ſi nullus imponit, percipiēdæ, atque intuendæ vacandū eſt veritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem: ſed nec ſic omnimodo veritatis delectatio deſerenda eſt; ne ſubtrahatur illa ſuauitas, & opprimatur

iuſta

a *Iſaiæ 6.*

*Duo ſunt charitatis præcepta.*

b *Gregor. in 42. cap. Iob, et in c. ſciendum. d. 8. q. 1.*

c *1 ad Timoth. 3. cap.*

d *in cap. 19. li. 19. de ciuitat. Dei & in cap. qui epiſcopatū. 8. q. 1. & cap. vos autem 16. q. 1.*

*Qui præeſſe dilexerit, nō prodeſſe, epiſcopatu indignus eſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iuſta neceſſitas. Cui aſtipulatur & D. Hieronym
*a in cap. 1. & in cap. illud, 8. q. 1.* plicans epiſtolam D. Pauli ad Titum [a]: illud,
inferendum eſt aduerſus eos, qui de epiſcopatu
meſcunt, & putant ſe non diſpenſationem Chriſti
imperium conſecutos: quia non ſtatim omnibus
meliores ſunt, quicumque Epiſcopi nō fuerint ord
ti: & ex eo, quod Epiſcopi electi ſunt, ipſi ſe iam
ſtimant comprobatos; ſed intelligant propter
dam à ſacerdotio remotos, quia eos vita libera
impedierint. Si autem peccata filiorum iuſtum
ſcopatu prohibent: quantò magis ſe vnuſquiſque
ſiderans, & ſciens quia potentes potenter torme
tientur; retrahit ſe ab hoc non tam honore, qua
re, & aliorum locum, qui magis digni ſunt,
occupare. Qualis enim erit ædificatio diſcipul
ligat magiſtro ſe eſſe maiorem? Vnde non ſ
ſcopi, presbyteri, & diaconi debent magnope
dere, vt cunctum populum, cui præſident, con
ne, ſermone, ac ſcientia præeant; verumetiam
rior gradus, exorciſtæ, lectores, cuſtodes æd
*Laicos meliores eſſe quàm clericos, vehementer eccleſiā Dei deſtruit.* lythi, & omnes omninò, qui domui Dei de
vehementer eccleſiam Dei deſtruit, meliores
quàm clericos.

D. verò Ioannes Chryſoſtomus de ambitione
*b in hom. 43. ad popul.* uaritia verba faciens [b]: Quemadmodum, inqu
*Ambitio, & turpis quæſtus omnia ſubuertunt.* quidam venti in tranquillū mare delati, totum
ſubruunt, vt & arena cum vndis miſceatur: ſic
bitio, & turpis quæſtus, animū ſubeuntes omn
uertunt. Excæcat mentis intuitum præſertim
furor. Cogita cùm gloriam concupiſcis, quod
aſſecutus, & diſce finem, & nihil inuenies: cog
tam ea res habeat iacturam, quot, & qualib
priuet. Honore delectaris? Hunc repelle, ſci
te debitorem conſtituit. Honorem tibi præbe
& in hoc gaudendum eſt. Qui namque multum
ſiuit honorem, præterquam quod & magno
eſt debitorum, & in arrogantiam extollitur, &
gloriam, & fit hominum ſeruus, poſtmodum
ſcente dominatu, multa, quæ nollet, facere cog
Tanquam itaque ſcientes, quod hoc eſt melius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illud, honores ne quæramus, & oblatos recuſemus, abiiciamus à nobis, hanc extinguamus concupiſcentiam. Anima namque cupiens honorem, & glorificari, non videbit regnum cælorum. Non arbitror inter ſacerdotes multos eſſe, qui ſalui fiant; ſed multò plures, qui pereant. In cauſa eſt, quoniam res excelſum requirit animum. Multas enim habet cauſas, quæ depellat ipſum à ſuis moribus, & innumeris oculis illi opus vndique. Si quis ad ſummũ ſacerdotium acceſſerit, velut ad ſolicitudinem, & curam, nullus illud facilè ſuſceperit. Nunc autem non aliter, quàm profanos magiſtratus, & hanc affectamus dignitatem, nimirum, vt glorificemur, & honoremur apud homines, perdimur apud Deum. Cogita quid acciderit Simoni. Quid enim refert, ſi non das pecuniam, ſed pecuniæ loco adularis, ſubornas, multaque machinaris. Pecunia tua ſit tecum in perditionem, ad illum dictum eſt. Et his dicetur: Ambitio tua ſit tecum in perditionem, quoniam putaſti ambitu humano parari domum Dei [a].

*Cupiens honorem, & gloriã non videbit regnum cælorũ.*

*a Chryſoſt. in acta Apoſtol. hom. 3.*

## *Quomodo ambientium ſtudia à Concilio Tridentino refrenata ſint.* CAP. XV.

AD refrenandam verò improborum, & imperitorum in beneficiis ambiẽdis ſtudia, rectè à ſancta Tridẽtina Synodo ſancitum eſt [b], vt præſentati ſeu electi, vel nominati à quibúſuis eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ nuntiis ad quæuis eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiúſuis priuilegii, ſeu cõſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quò minus examen ſubire teneatur. Præſentatis tamen, electis, ſeu nominatis ab vniuerſitatibus ſeu collegiis generalium ſtudiorum, exceptis. Deinde eadem quoque ſancta Synodus decreuit [c] mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius etiam collegiis, vniuerſitatibus, ſenatibus, & aliis ſingularibus perſonis, etiam ſub nomine indulti, aut ad certam ſummam, vel alio

*b ſeſſ. 7. de reform. cap. 13.*

*c ſeſſ. 24. de reform. cap. 19. c. 2. de conceſſ. præben. c. deteſtanda. eodem tit. in 6.*

Mm quouis

quouis colore concedi, nec hactenus conceſſis cuiquam vti licere. Sed nec reſeruationes mentales, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad aliena eccleſias, vel monaſteria alicui, etiam ex ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus concedantur, & hactenus concesſa abrogata eſſe cenſeantur.

*Ad cathedralium eccleſiarum regimen quales aſſumendi.*

CAP. XVI.

QVicumque ad eccleſiam cathedralem regendam & gubernandam eſt aſſumendus, is ex decreto ſacri concilij Tridẽtini[a], non ſolum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis quæ à ſacris canonibus requiruntur[b], plenè ſit præditus, verumetiam in ſacerdotali ordine antea ſaltem ſex menſium ſpatio conſtitutus. Quarum rerum inſtructio, ſi eius notitia nulla, aut modica in curia fuerit, à ſedis Apoſtolicæ Legatis, ſeu Nunciis prouinciarum, aut eius Ordinario, eoque deficiente, à vicinioribus Ordinariis ſumatur. Scientia verò præter hæc eiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniũgendi neceſſitati poſſit ſatisfacere. Ideoq; antea in vniuerſitate ſtudiorum magiſter, ſiue Doctor aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico meritò ſit promotus, aut publico alicuius academiæ teſtimonio, idoneus ad alios docendos oſtendatur. Quod ſi regularis fuerit, à ſuperioribus ſuæ religionis ſimilem fidẽ habeat. Prædicti autẽ omnes vnde inſtructio ſeu teſtificatio erit ſumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur; alioquin eorũ conſcientias grauiter oneratas eſſe ſciant, ac Deum & Superiores ſuos habebunt vltores.

Præterea ſi in quibuſlibet eccleſię gradibus prouidè ter, ſcienterque curandum eſt, vt in Domini domo nihil ſit inordinatum, nihilque præpoſterũ, multò magis elaborandum eſt, vt in electione eius, qui ſuper omnes gradus eſt conſtitutus, non erretur. Nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vnde etſi alias hac de re à nobis dictum ſit, hoc tamen munus huiuſmodi eſſe cenſuit ſancta Tridẽtina Synodus, vt, ſi pro rei magnitudine expendatur, nunquã ſatis de eo cautum, vel

a *ſeſſ. 7. de reform. cap. 1. & ſeſſ. 22. cap. 2.*
b *c. cum in cũctis. & ca. cum à nobis. de electio. c. graue nimis. de præbẽd. c. 1. 2. & final. diſt. 59. c. 2. & aliis ſeq. diſt. 61*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

videri poſſit. Itaque ſciendum, quod eadē ſancta Synodus ſtatuerit [a], vt cum primum eccleſia vacauerit, ſupplicationes, ac preces publicè priuatimque habeantur, atque à Capitulo per ciuitatē, & diœceſim indicantur; quibus clerus, populuſq; bonum à Deo paſtorem valeat impetrare. Omnes verò & ſingulos, qui ad promotionē præficiendorum quodcumq; ius quacumque ratione à Sede Apoſtolica habent; aut alioquin operam ſuā præſtant, nihil in iis pro præſenti temporum ratione innouando hortatur, & monet, vt inprimis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutē vtilius poſſe facere, quam ſi bonos paſtores, & eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeāt; eoſq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidē precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorū exigentibus meritis præfici diligenter curauerint, & quos ex legitimo matrimonio natos & vita, ætate, doctrina, atq; aliis omnibus qualitatibus preditos ſciant, quæ iuxta ſacros canones, & Tridētinę huius Synodi decreta requiruntur. Quoniam verò in ſumendo de prædictis omnibus qualitatibus graui idoneoq; bonorum, & doctorum virorum teſtimonio, non vniformis ratio vbique ex nationum, populorum, ac morum varietate poteſt adhiberi, mandat ſancta Synodus, vt in prouinciali Synodo per Metropolitanum habēda, præſcribatur quibuſque locis & prouinciis propria examinis ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ forma Sanctiſſimi Romani Pontificis arbitrio approbāda; quæ magis eiſdē locis vtilis, atq; oportuna eſſe videbitur; ita tamen vt cùm deinde hoc examē, ſeu inquiſitio de perſona promouēda perfecta fuerit, ea in inſtrumentū publicum redacta, cum toto teſtimonio, ac profeſſione fidei ab eo facta quamprimum ad SS. Romanum Pōtificem omnino tranſmittatur; vt ipſe ſummus Pontifex, plena totius negotij, ac perſonarū notitia habita, pro gregis Dominici cōmodo de illis, ſi idonei per examen, ſeu per inquiſitionē factā reperti fuerint, eccleſiis poſſit vtilius prouidere. Omnes verò inquiſitiones, informationes, teſtimonia, ac probationes quæcumq; de promouendi

*a Seſſ. 24. de reform. cap. 1. Sede epiſcopali vacante quid fieri à Capitulo & aliis ius ad illam habentibus fieri debeat.*

*Non eligētes digniorē, magiſque ſuo iudicio eccleſiæ vtilem mortaliter peccant.*

*Singulę prouinciæ ſuā habeant formam inquirendi ſuper qualitatibus promouendorū ad epiſcopatum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qualitatibus, & eccleſiæ ſtatu à quibuſcumque, etiā
Romana curia habitæ, per Cardinalem, qui relationem
facturus erit in conſiſtorio, & alios tres Cardinales
diligenter examinentur; ac relatio ipſa Cardinalis rela-
toris, & trium Cardinalium ſubſcriptione robore-
tur, in qua ipſi ſinguli quatuor Cardinales affirment, ſe,
hibita accurata diligentia, inueniſſe promouendos qua-
litatibus à iure, & ab hac ſancta Synodo requiſitis, præ-
ditos; ac certò exiſtimare ſub periculo ſalutis æternæ,
idoneos eſſe, qui eccleſiis præficiantur: ita relatione in
vno conſiſtorio facta, quo maturius interea de ipſa in-
quiſitione cognoſci poſſit, in aliud conſiſtorium iudi-
cium differatur; niſi aliud beatiſſimo Pontifici vide-
tur expedire. Ea verò omnia, & ſingula, quæ de Epi-
ſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæ-
teris qualitatibus alias in eadem Synodo conſtituta

*Eædem requiruntur qualitates in Cardinalibus, quæ in Episcopis.*

ſunt, decernit eadem, etiam in creatione ſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam ſi diaconi fuerint,
genda; quos ſanctiſſimus Romanus Pontifex ex omni-
bus Chriſtianitatis nationibus, quātum commodè fieri
poterit, prout idoneos repererit, aſſumet. Poſtremò ea-
dem ſancta Synodus tot grauiſſimis Eccleſiæ incom-
modis commota, non poteſt non commemorare, nihil
magis Eccleſiæ Dei eſſe neceſſarium, quàm vt beatiſſi-
mus Romanus Pontifex: quam ſolicitudinem vniuerſæ
Eccleſiæ ex muneris ſui officio debet, eam hic potiſſi-
mùm impendat, vt lectiſſimos tantùm ſibi Cardinales
aſciſcat; & bonos maximè, atque idoneos paſtores ſin-
gulis eccleſiis præficiat; idq; eo magis, quòd ouium Chri-
ſti ſanguinem, quæ ex malo negligentium, & ſui officii
immemorum paſtorū regimine peribunt, Dominus no-
ſter IESVS Chriſtus de manibus eius ſit requiſiturus.

*a Ezech. 3. Hebræ. 13. cap. Ephesiis dist. 43. b sess. 23. de reform. cap. 2.*

Deinde eadem quoque ſancta Tridentina Synodus
ſtatuit [b], vt eccleſiis cathedralibus, ſeu ſuperioribus
quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiam ſi ſanctæ
Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, ſi munus conſecra-
tionis intra tres menſes non ſuſceperint, ad fructuum
perceptorum reſtitutionem teneantur. Si intra totidem
menſes poſtea id facere neglexerint; eccleſiis ipſo iure
ſint priuati. Conſecratio verò, ſi extra curiam Ro-

*Episcopi electi intra quod tempus consecrari debeant.*

*Consecratio Episcoporum vbi fieri debeat.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum fiat, in eccleſia, ad quam promoti fuerint, aut in prouincia, ſi commodè fieri poterit, celebretur.

Verum quoniam in quibuſdam prouinciis, quædam cathedrales eccleſiæ tam tenuis reditus ſunt, & anguſtę, vt epiſcopali dignitati nullo modo reſpondeant, neque eccleſiarum neceſſitati ſufficiant; examinet Concilium prouinciale, vocatis iis, quorum intereſt, & diligenter expendat, quas propter anguſtias, tenuitatemque inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expediat; confectaq; de præmiſſis inſtrumenta ad ſummū Romanum Pontificē mittat; quibus inſtructus ſummus Pōtifex ex prudentia ſua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua acceſſione ex fructibus augeat. Interim verò, donec prædicta effectum ſortiantur, huiuſmodi Epiſcopis, qui fructuum ſubuētione pro diœceſis ſuæ tenuitate indigent, poterit de beneficiis aliquibus, dummodo tamē curata nō ſint, nec dignitates, ſeu canonicatus, & præbendæ, nec monaſteria, in quibus viget regularis obſeruantia, vel quę capitulis generalibus, & certis viſitationibus ſubdūtur, a ſummo Romano Pōtifice prouideri.

*Quales in eccleſiis cathedralibus, & collegiatis ad dignitates, & canonicatus promouendi ſint.* CAP. XVII.

CVm dignitates in eccleſiis præſertim cathedralibus, ad conſeruandam, augendamque eccleſiaſticam diſciplinam fuerint inſtitutæ, vt qui eas obtinerent, pietate præcellerēt, aliiſque exemplo eſſent, atque Epiſcopos opera, & officio iuuarent; meritò, qui ad eas vocantur, tales eſſe debent, qui ſuo muneri reſpondere poſſint. Quocirca SS. Tridentinum concilium ſtatuit[a], vt nemo deinceps ad dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine verſatus doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij, in concilio Lateranenſi promulgatam[b]. Archidiaconi etiam (qui oculi dicuntur Epiſcopi) ſint in omnibus eccleſiis, vbi fieri poterit, Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut Licentiati in iure Canonico. Ad cæteras

*Dignitates in eccleſiis cathedralibus cur inſtitutæ ſint.*

a ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.

*Quales ad dignitatem curã animarum habentem promoueri debeant.*

b c. cum in cũctis. §. inferiora. de electio.

*Archidiaconi ſunt oculi Epiſcoporum: & quas habere debeãt qualitates.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ad dignitates curam animarum non habentes, quales promouendi ſint.*
*In eccleſiis cathedralibus, qui et quomodo fidei profeſſionē facere debeant.*
*Pœna non facientium fidei & obedientiæ profeſſionem.*
*Prouidēdus de beneficio debet habere ſacrum ordinem illi annexum, vel ſaltem ætatem ad illum ſuſcipiendum idoneam.*
*Omnes canonicatus debent habere ſacrum ordinem annexum.*
*Media pars canonicatuū preſbyterales eſſe debent.*
*Qualibus canonicatus conferendi ſint.*
*Canonicorū viuendi competentia quando & quomodo augenda ſit.*

autem dignitates, vel perſonatus, quibus anima cura nulla ſubeſt, clerici alioquin idonei, & vig duobus annis non minores aſciſcantur.

Prouiſi autem de canonicatibus, & dignita eccleſiis cathedralibus, non ſolùm coram Epiſcop eius Officiali, ſed etiam in Capitulo tenea adeptę poſſeſſionis ad minus intra duos menſe doxæ ſuæ fidei publicam facere profeſſionem, & manæ eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpo ac iurent. Alioquin prædicti omnes prouiſi, v fructus non faciant ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffr Neminem etiam deinceps ad dignitatem, can aut portionem recipiant, niſi qui eo ordine ſa initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut p quirit; aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, ſancta Synodo ſtatutū, initiari valeat. In omn eccleſiis cathedralibus omnes canonicatus, ac p habeant annexū ordinē presbyterij, diacona diaconatus. Epiſcopus autem cum cōſilio Ca gnet, ac diſtribuat, prout viderit expedire, qui ordo ex ſacris annexus in poſterū eſſe debea vt dimidia ſaltē pars presbyteri ſint; cęteri ver aut ſubdiaconi: vbi verò cōſuetudo laudabilior plures, vel omnes ſint presbyteri, omninò ob

Hortatur etiam ſancta Tridētina Synodus, uinciis vbi id commodè fieri poteſt, dignitate & ſaltem dimidia pars canonicatuum in cat eccleſiis, & collegiatis inſignibus conferan Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiā Licentiati logia, vel iure canonico. Præterea in eccleſiis c libus, & collegiatis inſignibus, vbi frequente tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtribution tidianis, vt ſuſtinēdo decenti Canonicorum g loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, ſcopis, cum conſenſu Capituli, vel aliquot beneficia, non tamen regularia, iis vnire: vel, ratione prouideri non poſſit, aliquibus ex iis cum patronorum conſenſu, ſi de iure patrona rum ſint, quarum fructus, & prouentus reli præbendarum diſtributionibus applicentur, eas

cion

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...rem numerum reducere, ita tamen, vt tot ſuperſint, quæ diuino cultui celebrādo, ac dignitati eccleſiæ commodè valeant reſpondere; non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, & priuilegiis, aut quacumque reſeruatione generali, vel ſpeciali, aut affectione: neque prædictæ vniones, aut ſuppreſſiones tolli, ſeu impediri poſſint ex quibuſcumque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

*Quibus inferiora beneficia præſertim curata conferenda ſint, & de collatorum indignis, ac inidoneis conferentium pœna.* CAP. XVIII.

EX decreto SS. concilij Tridentini[a] inferiora beneficia eccleſiaſtica præſertim curam animarū habentia, perſonis dignis, & habilibus, & quæ in loco reſidere, ac per ſe ipſos curam ipſam exercere valeant, conferenda ſunt; aliter autem facta collatio ſiue prouiſio omninò irritanda eſt: & ordinarius collator pœnas conſtitutionis concilij generalis Lateranēſis incurret[b]. Siquidem illius iudicio, & cenſura graue nimis eſt, & abſurdum, quod quidam eccleſiarum Prælati cùm poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos, quibus nec morū honeſtas, nec literarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum non iudicium rationis: vnde quanta eccleſiis damna proueniāt, nemo ſanæ mentis ignorat. Volens igitur huic morbo mederi, præcepit vt prætermiſſis indignis idoneos aſſumāt, qui Deo, & eccleſiis velint, & valeant gratum impendere famulatum: fiatque de hoc in prouinciali concilio diligens inquiſitio annuatim: ita vt qui poſt primam, & ſecundam correptionem fuerit repertus culpabilis, à beneficiis conferendis per ipſum concilium ſuſpendatur, inſtituta in eodem concilio perſona prouida, & honeſta, quæ ſuſpenſi ſuppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipſum circa Capitula, quæ in his deliquerint, obſeruetur. Metropolitani verò delictum, Superioris iudicio relinquatur ex parte concilij nunciandum. Vt autē hæc ſalubris prouiſio pleniorem

*a ſeſſ. 7. de reform. cap. 3.*

*b ſub Innocentio 3. cap. 30. et c. graue. de præbend. & digni.*

*Querela de mala beneficiorum collatione.*

*Beneficia conferenda ſunt iis, qui Deo, et eccleſiis velint et valeant gratū impendere famulatum.*

*Pœna conferentium inidoneis beneficia.*

conſequatur effectum, huiuſmodi ſuſpenſionis ſente-
tia, præter Romani Pontificis authoritatem, aut pro-
prij Patriarchæ minimè relaxetur, vt in hoc quo-
quatuor patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur. Ea-
que hanc conſtitutionem ſancta Tridentina Syn-
volens obſeruari, eandem innouauit[a].

Præterea, licet canon à felic. recordationis Ale-
dro Papa III. editus[b], inter cætera ſtatuerit, vt nul-
lus regimen eccleſiæ parochialis ſuſcipiat, niſi vige-
mum quintum ætatis annum attigerit; ac ſcientia, &
moribus commendandus exiſtat; quodque talis ad re-
gimen aſſumptus huiuſmodi, ſi monitus, non
præfixo à canonibus tempore in presbyterum ordina-
tus, à regiminis eiuſdem amoueatur officio, & alij con-
feratur. Quia tamen in obſeruatione canonis
ſe multi exhibuerunt negligētes, ſancta Tridē-
odus periculoſam illorum negligentiam vol-
executione ſuppleri, cōſtitutionem Gregorij de-
in generali Lugdunenſi concilio editam innou-
qua ſtatuitur; vt nullus ad regimen parœcialis eccl-
aſſumatur, niſi ſit idoneus moribus, ſcientia, &
Decernendo collationes de parœcialibus eccleſiis,
qui non attigerint 25. annum decætero facienda
bus omninò carere. Is etiam, qui ad huiuſmodi regi-
men aſſumetur; vt gregis ſibi crediti diligentius
gerere poſſit, in parœciali eccleſia, cuius rector
rit, reſidere perſonaliter teneatur. Et intra annum
bi commiſſi regiminis tempore numerandum, ſe fa-
ad ſacerdotium promoueri. Quodſi intra idem tem-
promotus non fuerit, eccleſia ſibi cōmiſſa (nulla
præmiſſa monitione) ſit præſentis cōſtitutionis au-
ritate priuatus. Super reſidentia verò, vt præm-
facienda, poſſit Ordinarius gratiam diſpenſationis
tempus facere; prout cauſa rationabilis hoc ex-

a d. ſeſſ. 7. c. 3.
b c. cum in cūctis. §. inferiora. de electio.
*Parochialis eccleſia, qua ætate à clerico accipi poſſit, et quæ in iſto qualitates requirātur.*
c c. licet. de electio. in 6.
d d. ſeſſ. 7. c. 3.
*Nō ſacerdos parochialem eccleſiam acceptans, intra quod tēpus presbyter fieri debeat.*

*Quomodo ad curata beneficia promouendi examinari debeant.* CAP. XIX.

QVoniam expedit maximè animarum ſaluti
dignis, atque idoneis parochis gubernari;
diligentius, ac rectius perficiatur, idcirco
ſancta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatuit ſancta Tridentina Synodus [a], vt cum parochialis eccleſiæ ſit vacatio, etiam ſi cura eccleſiæ vel Epiſcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures adminiſtretur, etiam in eccleſiis patrimonialibus, ſeu receptiuis nuncupatis, in quibus conſueuit Epiſcopus vni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infraſcriptum examen teneri mandat, per obitum, vel reſignationem etiam in curia, ſeu aliter quomodocumque contigerit, etiamſi ipſa parochialis eccleſia reſeruata, vel affecta fuerit generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti, ſeu priuilegij in fauorem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, ſeu Abbatum, vel Capitulorum; debeat Epiſcopus ſtatim, habita notitia vacationis eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione, conſtituere; qui onera ipſius eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur. Porrò Epiſcopus, & qui ius patronatus habent, intra decem dies, vel aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, idoneos aliquot clericos ad regendam eandem coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum ſit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt poſſit poſtea de cuiuſlibet ætate, moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio. Et ſi Epiſcopo, aut Synodo prouinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari [b]. Tranſacto conſtituto tempore, omnes, qui deſcripti fuerint, examinentur ab Epiſcopo, ſiue, eo impedito, ab eius Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus, non paucioribus, quàm tribus; quorum votis, ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poſſit Epiſcopus, vel vicarius, quibus magis videbitur,

Examinatores autē ſingulis annis in diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel eius vicario, ad minus ſex proponantur; qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea probētur; imminenteque vacatione cuiuſlibet eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiant; deinde ſuccedēte alia vacatione, aut eoſdem, aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis ſex eligat. Sint vero examinatores Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licen-

*a ſeſſ. 14. de refor. cap. 18.*

*Eccleſia parochiali vacante quid faciēdum Epiſcopo.*

*b De huiuſmodi edicto proponendo vide etiam concilium Mediolanenſe part. 2.*

*Examinatores quot, & à quibus conſtitui debeant.*

*Qualitates in examinatoribus requiſitæ.*

 tiati in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiati in Theologia, aut iure canonico, vel alij … ſeu regulares, etiam ex ordine mēdicantium, aut … ſeculares, qui ad id magis videbuntur idonei, … omnes ad ſancta Dei euangelia, ſe quacumque hu… na affectione poſtpoſita, fideliter munus exe… Caueantque ne quicquam prorſus occaſione … minis, nec antè, nec poſt accipiant: alioqui Simo… vitium tam ipſi, quàm alij dantes incurrant, à quo… ſolui nequeant, niſi dimiſſis beneficiis, quæ quo… cumque etiam antea obtinebant; & ad alia in poſte… inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolum co… ram Deo, ſed etiam in Synodo prouinciali, ſi o… rit, rationem reddere teneantur: à qua ſi quid … officium eos feciſſe compertum fuerit, grauiter … bitrio puniri poſſint.

*Iuramētum ab examinatoribus præſtandū.*

*Examinatio hæc gratis fieri debet.*

Peracto deinde examine, renuntientur, qu… ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, … prudentia, & aliis rebus ad vacantem eccleſiam … nandam opportunis. Ex hiſque Epiſcopus … quem cæteris magis idoneum iudicauerit, at… non alteri, collatio eccleſiæ ab eo fiat, ad quem … bit eam conferre. Si verò iuris patronatus eccle… ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium per… quem patronus digniorem inter probatos ab exa… toribus iudicabit, Epiſcopo præſentare tene… eo inſtituatur. Cùm verò inſtitutio ab alio quam … piſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex … eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, … inſtitutio ſpectat.

Quòd ſi ius patronatus laicorum fuerit, debe… patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, … examinari, & non niſi idoneus repertus fuerit, … In omnibuſque ſupradictis caſibus non cuiqua… quàm vni ex prædictis examinatis & ab exa… bus approbatis, iuxta ſupradictam regulam, de … prouideatur, nec prædictorū examinatorum … quò minus executionem habeat, vlla deuolutio, … pellatio, etiam ad Sedem Apoſtolicam, ſiue … dis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios ſeu … pos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarcha…

*Nulli quā examinato eccleſia conferri poteſt.*

poſita, impediat, aut ſuſpendat; alioquin vicarius, quem eccleſiæ vacanti antea Epiſcopus arbitrio ſuo, ad tempus deputauit, vel forſan poſtea deputabit, ab eius eccleſiæ cuſtodia, & adminiſtratione non amoueatur, donec aut eidem, aut alteri qui probatus & electus fuerit, vt ſupra, ſit prouiſum; aliàs prouiſiones omnes ſeu inſtitutiones præter ſupradictam formam factæ, ſurreptitiæ eſſe cenſeantur, non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegiis, præuentionibus, affectionibus, nouis prouiſionibus, indultis conceſſis quibuſcunq; vniuerſitatibus, etiam ad certã ſummam, & aliis impedimentis quibuſcũque. Si tamen adeò exiguis redditus dictæ parochialis fuerint, vt totius huius examinationis operam non ferant; aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubiicere; aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, quę in aliquibus locis reperiũtur; facilè grauiores rixæ ac tumultus poſſint excitari; poterit Ordinarius, ſi ex ſua conſcientia cum deputatorum conſilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omiſſa, priuatum aliud examen, cæteris tamẽ, vt ſupra, ſeruatis adhibere. Liceat etiam Synodo prouinciali, ſi qua in ſupradictis circa examinis formam addẽda, remittendaue eſſe cenſuerit, prouidere. Ad hoc verò decretũ in executionẽ & obſeruantiã deducendũ, ad perpetuã rei memoriã inſignem Pius Papa V, deſuper his verbis conſtitutionem edidit.

*Super collatione parochialium eccleſiarum Pij V. conſtitutio.* CAP. XX.

IN conferendis beneficiis eccleſiaſticis, & præſertim parochialibus eccleſiis perſonis dignis, & habilibus, qui in loco reſidere, & per ſe ipſos curã exercere valeant, quantã diligentiã adhiberi oporteat Alexãdri III. in Lateranẽſi[a], & Gregorij decimi in Lugdunenſi[b] generalibus cõciliis, ac Innocẽtij ſimiliter tertij[c], & aliorũ Romanorum Pontificũ prædeceſſorum noſtrorũ editæ conſtitutiones teſtãtur: Quod vt diligentius, ac rectius ſeruetur, ſtatuit etiã Synodus Tridẽtina[d], vt occurrente vacatione parochialis eccleſiæ, etiam generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti in fauorem S. R. E. Cardinaliũ, aut aliàs quomodolibet reſeruatæ

a *part. 1. cap. 13. & c. quia nonnulli. de cleric. non reſiden.*
b *c. licet. cano. de elect. in 6.*
c *c. de multa. & c. extirpandæ. de præbend.*
d *ſeſſ. 24. c. 18.*

vel

*Res humanæ ſemper in deterius prolabuntur, niſi Superiorum impediat vigilãtia.*

vel affectæ debeat Epiſcopus habita notitia vacatio
eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea vicarium
congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſigna
conſtituere, qui onera ipſius eccleſiæ ſuſtineat, donec
de rectore prouideatur. Et deinde Epiſcopus, & q
iuſpatronatus habet, intra decem dies, aut aliud te
pus ab Epiſcopo præſcribendum, aliquos clericos
gendam eccleſiam idoneos examinatoribus
mam eiuſdem Synodi deputatis, nominet, & no
ab eiſdem examinatoribus per cõcurſum aliorum
minatorum, etiam tanquam magis idoneo ab
po iudicato, & electo de eccleſia prouideatur
prouiſiones, ſeu inſtitutiones omnes, præter
prædictam factæ ſurreptitiæ cenſeantur. Sed
res humanæ ſemper in deterius prolabuntur
qui eas retineat, ac debitæ executioni de
verendum ſit, ne propter conſtitutionum
tranſgreſſionem maximi abuſus oriãtur: Nos
rum notitiam non ſine graui noſtra moleſtia
nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris
piſcopis, & Epiſcopis occurrente vacatione
lium eccleſiarum, eas nullo, aut minus ritè
mine, præſertim illo, quod per concurſum
ex concilio Tridẽtino, vel etiam examine
perſonis minus dignis, carnalitatis, aut alium
paſſionis affectum, non rationis iudicium ſequentes
tuliſſe, & de eis prouidiſſe, volentes, quantũ
poſſumus, huiuſmodi ac etiam futuris periculis
rere, eorundem prædeceſſorum noſtrorum con
nes præfatas etiam innouando, auctoritate Apo
tenore præſentium omnes, & ſingulas collatio
uiſiones, inſtitutiones, & quáſuis diſpoſitione
chialium eccleſiarum ab eiſdem Epiſcopis, &
piſcopis, ac quibúſuis aliis collatoribus tam or
quàm delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus,
Apoſtolicæ Legatis, vel Nuntiis, præter & con
mam ab eodem concilio Tridentino, præſertim
mine per concurſum faciendo præſcriptam, factas
in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius ro
vel momenti fore, & eſſe, nullumque prouiſis

titulum etiam coloratum poſſidendi præbere, & parochiales eccleſias huiuſmodi, vt prius ante collationes huiuſmodi vacabant, ex nunc vacare ſtatuimus, decernimus, & declaramus; eaſque omnes pro tempore ſic vacantes noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ, ſeu eorum, quibus ius conferendi eas, præterquam Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum eiuſdem concilij habere debent, competet, diſpoſitioni reſeruamus.

*Ut vacanti parochiali eccleſiæ quàm citiſſimè de paſtore prouideatur.*

Inſuper ne parochiales eccleſiæ diu in ſuſpenſo maneant, in maximum animarum periculū, quarumcumque parochialium eccleſiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Primates, atque Patriarchas, & quóſuis alios ordinarios collatores in menſibus ordinariis collatoribus etiam per cancellariæ regulas aſſignatis prouiſio, & collatio ſpectat, & pertinet, de quibus ijdē Epiſcopi, & Ordinarij præfati, infra ſex mēſium ſpatium à die vacationis earundem, perfecto examine iuxta formam concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, & dictæ Sedi generaliter vel ſpecialiter, & ex quauis cauſa reſeruatæ ſeu affectæ exiſtunt, vel aliis ex indulto Sedis Apoſtolicæ competunt, ad quas, occurrente illarum vacatione, Epiſcopi, & Archiepiſcopi præfati perſonas per examen, cōcurſu multorum habito iuxta dicti concilij Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut iis ad quos collatio ſpectabit pro collatione obtinenda intra quatuor menſium ſpatium à die illius vacationis nō ſignificauerint, nec non parochialium eccleſiarum ſimilium, quæ iuriſpatronatus eccleſiaſtici, vel aliorum ſeu clericorum, & laicorum ſimul fuerint; ſi præſentatus intra tempus eiſdem patronis à iure præfixum præuio examine iuxta formam dicti concilij approbatus petatur inſtitui, inſtitutioque ipſa per duos menſes à die præſentationis dilata fuerit, collationem, prouiſionem, inſtitutionem, ac quamcumque diſpoſitionem nobis, & ipſi Sedi, ac perſonis ultra huiuſmodi conferendi, prouidendi ſeu inſtituendi obtinentibus reſpectiuè reſeruamus: data

tamen

tamen in parochialibus iuriſpatronatus optione
patronis, vt ſi inſtitutio ad Ordinarios ſpectabit,
Ordinariis illam facere negligentibus, & vltra
duos menſes differentibus, poſſint pro huiuſmodi in-
ſtitutione obtinenda habere recurſum ad Metropolita-
num, vel viciniorem Ordinarium, aut ad Sedem A-
ſtolicam. Prohibentes etiã eiſdem Ordinariis tem-
pus decem dierum, eiſdem Ordinariis & patronis
eodem concilio Tridentino ad nominandum idoneos
clericos coram deputatis examinatoribus præfixum,
vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præ-
mant. Diſtrictius inhibentes, ne quis præter Roman.
Pontifices, aut alios indulta huiuſmodi obtinentes,
præfertur, quacũque ſit ſuper hoc auctoritate
de huiuſmodi beneficiis ſic reſeruatis (vt præmittitur)
ponere, vel circa illa etiam per viam perm
vel aliàs innouare, quoquo modo præſumat.

*Vt parochiales ecclesiæ magis idoneis & dignis conferantur.*

Vt autem, non ſolum dignis, ſed magis idoneis
pertis iuxta eiuſdem concilij decretum parochiales e-
clesiæ conferantur, volumus, & eadem auctoritate
cernimus, quod ſi Epiſcopus minus habilem
tis magis idoneis elegerit, poſſint ij, qui reiecti
à mala electione huiuſmodi ad Metropolitanum,
ipſe eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit
ciniorem Ordinarium, vti noſtrum & Sedis
di delegatum, aut aliàs ad ipſam Sedem Apoſtolicam
appellare, ac præelectum ad nouum examen
appellationis iudice, & eius examinatoribus
re, & conſtito de prioris eligentis irrationabili
eoque reuocato, parochialis magis idoneo, per
iudicem appellationis auctoritate noſtra (quam
latio ad Epiſcopum à quo appellatum fuit,
conferatur; aliàs eidem magis idoneo per iudicem
pellationis approbato conferenda remittatur
ad quem collatio, prouiſio, vel inſtitutio ſpectat.
Hæc tamen appellatio interpoſita interim non
diat, aut ſuſpendat, quo minus electio per Ordinarium
primo loco facta interim debitæ demandetur
tioni, & prouiſus ab eadem ecclesia cauſa appella-
his huiuſmodi pendente non amoueatur. Et

ſententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipſam Apoſtolicam appellet. Si ſecus in præmiſſis omnibus & ſingulis actum, ſeu attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Volumus autem quod præſentium tranſſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forēt exhibitæ, vel oſtenſæ, quodq; literæ ipſæ cameræ & cācellariæ Apoſtolicarū & audientiæ cauſarum palatij Apoſtolici valuis, & in acie Campi Floræ dimiſſis inibi copiis publicatæ, & affixæ omnes ita afficiant, & arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omninò hominum liceat, &c. De diligentia ab Epiſcopo adhibenda in ſtatu vniuſcuiuſque parochiæ cognoſcendo inſignes ſunt aliquot conſtitutiones in Synodo Mediolanenſi[a].

a *celeb. an. Dni. 1566. parte 2.*

*Succeſſiones in beneficiis quaſi hæreditariæ, & coadiutoriæ cum futura ſucceſſione prohibitæ ſunt.*

## CAP. XXI.

Cum in beneficiis eccleſiaſticis ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, ſacris cōſtitutionibus ſint odioſa, & patrū decretis contraria[b], decreuit SS. Tridentina Synodus[c], vt nemini in poſterum acceſſus, aut regreſſus, etiam de conſenſu, ad beneficium eccleſiaſticum cuiuſcumque qualitatis concedatur; nec hactenus cōceſſi ſuſpendātur, extendantur, aut transferantur. Hocq; decretum in quibuſcumq; beneficiis eccleſiaſticis, ac etiā cathedralibus eccleſiis, ac in quibuſcumque perſonis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat.

Coadiutoriis quoq; cum futura ſucceſſione idē poſthac obſeruetur[d], vt nemini in quibuſcumque beneficiis eccleſiaſticis, permittantur. Quod ſi quando eccleſiæ cathedralis, aut monaſterij vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas poſtulet Prælato dari coadiutorem; is non alias cum futura ſucceſſione detur, quàm hæc cauſa prius diligenter à ſanctiſſimo Romano Pontifice ſit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum

b *ca. ex tranſmiſſa. & c. ad extirpandas. de fil. presb. c. 1. de præb. c. ad decorem. de inſtitut. c. conſuluit. de iure patron. c. ad hæc. de deci.*

c *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 7.*

d *c. pontifices. c. ſcripſit. 7. q. 1. cap. Epiſcopo. 8. q. 1. Iuo 5. par. decret. cap. 301. 302. & 24 ſeq. & ca. 352.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

certum ſit quæ à iure, & decretis huius ſanctæ Synodi in Epiſcopis, & Prælatis requiruntur; alias conceſſiones ſuper his factæ ſurreptitiæ eſſe cenſeantur.

*Coadiutor quãdo dari poſſit epiſcopo.*

Poteſt autem Epiſcopo coadiutor dari, ſi ſenio, aut valetudine corporali grauatus, vel etiam aliàs adeo impeditus perpetuò ſit, vt officium ſuum nequeat exequi, idque de ſui conſilio, & aſſenſu Capituli, vel maioris partis ipſius auctoritate Apoſtolica, ad ipſum officium exequendum. Si verò Epiſcopus demens ſit, & quid velit, aut nolit exprimere neſciat, vel non poſſit; tunc eius Capitulum, vel duæ ipſius partes eadem auctoritate vnum, aut duos coadiutores aſſumant idoneos, qui eius officium exequantur. Si autem Epiſcopus ſenio, aut incurabili morbo grauatus, vel perpetuo impedimento detentus ad ſui executionem officii redditur inutilis, & coadiutorem aſſumere, vel habere noluerit, licet à Capitulo requiſitus proprio, ſe non indigere ſuffragio forſitan aſſerendo, tunc ad Capitulum innouetur; ſed hoc caſu, & etiam præmiſſis idem Capitulum Epiſcopi & eccleſiæ ſuæ conditionem & ſtatum, ac facti circunſtantias vniuerſas, quas poterit, fideliter, & explicitè referat ad notitiam Sedis Apoſtolicæ; recepturi humiliter, & efficaciter exequuturi quod ſuper hoc per Sedē ipſam contigerit ordinari. Et quod de Epiſcopis hic præmittitur, ad Superiores etiam Prælatos eſt referendum[a].

Adhæc aliis quoque beneficiatis dignitatem, vel curam animarum habentibus, propter cauſas prædictas, quas in Epiſcopo requiri dictum eſt, Coadiutor quoque dari poterit[b]. Deinde quia, illiterati, & imperiti parochialium eccleſiarum rectores ſacris minus apti ſunt officiis, & alij propter eorum vitæ turpitudinem potius deſtruunt, quàm ædificant, placuit SS. Synodo Tridentino[c], vt Epiſcopi, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati, eiſdem illiteratis, & imperitis, ſi alias honeſtæ vitæ ſint, coadiutores, aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignare, vel aliter prouidere poſſint, quacumque appellatione, & exemptione remota. Eos verò, qui turpiter, & ſcandaloſè viuunt, poſtquam præmo

*a ca. vnico. de cler. ægrot. vel. debil. in 6. & c. ex parte. eod. tit. in antiq.*
*b arg. c. de rectoribus. ca. tua nos. & c. fin. de cler. ægrot. Rebuff. in praxi bene. par. 2. tit. de reprob. bene. viuen. impetr.*
*c ſeſſ. 21. de refor. cap. 6.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

moniti fuerint, coerceant, ac caſtigent: & ſi adhuc incorrigibiles in ſua nequitia perſeuerent, eos beneficiis, iuxta ſacrorum canonum conſtitutiones, exemptione, & appellatione quacumque remota, priuandi facultatem habeant. Coadiutores autẽ huiuſmodi de prouentibus illorum, in quorum aſſumuntur, vel dantur auxilium, ad ſuſtentationem ſuam congruam recipiãt portionem ſeu ſumptus moderatos, ſed ab alienatione qualibet de bonis eccleſiaſticis ipſorum, vel eccleſiarum ſuarum quomodolibet facienda penitus abſtineant, rationem non ſolùm in diſtricto examine, ſed & illis, quibus dantur, (ſi ſanæ mentis extiterint) ac Capitulis eorumdem, vel eorum ſucceſſoribus (ſi hoc antea non fecerint) plenariam reddituri ſunt [a].

*Coadiutores de bonis eccleſiæ vel eorum quibus dati ſunt, nihil alienare poſſunt.*

*a d. c. de rectoribus & d. ca. vnico. in 6. de cler. ægrot.*

*De confidentiis beneficialibus, earumq; caſibus, præſumptionibus, & probationibus Pij V. conſtitutio.*

## CAP. XXII.

Intolerabilis multorũ peruerſitas, qui ſacroſanctas conſtitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, ſæpe illarum authores in neceſſitatem adducit cautius prouidendi, quo pertinacium animi ab improbis conatibus grauiore ſanctione propoſita reprimantur. Bene, quidem, & prouidenter Fel. rec. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter ad tollendam fiduciariæ participationis beneficiorum eccleſiaſticorum corruptelam, ſtatuit, & decreuit; vt ipſo iure vacarent eccleſiæ, monaſteria, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, in confidentiam, a quibuſcumque etiam S. R. E. Cardinalibus cuiuſuis perſonæ contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum diſpoſitionem ſibi, & Apoſtolicæ Sedi reſeruando. Nec valerent ipſorum collationes, ſeu conceſſiones, nec fructuum, nec penſionum reſeruationes, ac facultates illas transferendi, nec regrediendi ſeu accedendi & ingrediendi ad eccleſias, monaſteria, & beneficia ſupradicta, illaque recipientes, fructus, penſiones, & alias res eorundem indebitè perciperent. Prohibens quibuſcumque etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, ne quid huiuſmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit, ſeruatos, & quaſcumque prouiſiones, præfectiones, col-

*Confidẽtiæ beneficiales à Pio 4. etiam ſublatæ ſunt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lationes, commendas, & alias diſpoſitiones de eccleſiis,
monaſteriis, & beneficiis, necnon reſeruationes
ctuum, penſionum, rerum, & iurium, ac etiam
ſerendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi,
facultates ſiue per ſe, ſiue futuros Romanos Pontifices
etiam Motu proprio, ac conſiſtorialiter, ſiue etiam
ordinarios collatores, etiam ad patronorum
tionem, cum interuentu confidentiæ huiuſmodi
expreſsè ſiue occultè, ac de iure præſumpto,
contra prædicta pro tempore factas, nullius momenti
fore, nec cuiquam ſuffragari, ſed eccleſias, monaſte-
ria, & beneficia huiuſmodi ipſo iure vacare,
dictæ diſpoſitioni reſeruata eſſe, ſicque per
que etiam per præſumptiones, & coniecturas
mas, & alias eorum arbitrio procedendo (cum
confidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari
poſſe conſtaret) iudicari, & diffiniri debere.
irritum, & inane quicquid ſecus contingeret
quemadmodum confectis ſuper his literis
continetur.

Veruntamen propter improbas multorum
tates, prædicta, quæ ad purgandam hac pernicio-
ſiam, & animarum ſalutem ab ipſo prædeceſſore
ſunt, in multis deprehendimus viam aperuiſſe
delinquēdi. Siquidem cùm frequentibus
relis pridem concitati, quòd iudices in cauſis
di confidentiarum expediendis remiſſiores eſſent,
nes & ſingulas cauſas ipſas vbicumque, &
cumque motas ad nos aduocauiſſemus, ac
dam huiuſmodi cauſarum præſentium, &
rerumque omnium ex ipſis reſultantium cogni-
nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruauiſſemus,
quibuſdam coram nobis proceſſum fuiſſet,
nec leuibus coniecturis intelleximus vitium
confidentiæ occultè irrepſiſſe; ſed in pleriſque
præſumptiones, & coniecturas, quæ ad illud
dum deducuntur, minimè ſufficere, eiuſque
plurimos, qui ante literarum prædictarum
huiuſmodi confidentias exercent, vbi cognoſ-
obſtructam veritatem propter difficultates

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſidio confidentias ipſas , contempta conſtitutione prædicta, eccleſias, monaſteria, & beneficia ſic recepta, ſuperius retinere ; alios fructus, penſiones , & alias res accipere ; alios eorum exemplo ad ſimilia, & grauiora ſecurius commoueri . Multi enim ipſa beneficia iure retinere nequeuntes ; alij ne cogantur ad ſacros ordines, ad reſidentiam, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiſcantur , vt inimicos occidant: alij vt alieno nomine lites agant , aut defendant , alij propter crimina incapaces; quidam vt purgato delicto, vel abſolutione conſecuta , illa repetant, eadem in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum aut eis miniſtrant, aut, quibus ipſi ſtatuunt , ſæpe laicis, & inhabilibus. Plerique vel ſenes, vel infirmi , vt beneficia in domibus ſuis perpetuent illa renuntiarunt, & renuntiãt in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus eccleſiaſticis alant , vel illa etiamnum infantibus, vel naſcituris aſſeruent , facto interdum circuitu reſignationis, cum reſeruatione fructuum , & aliarum rerum, aut acceſſu præſertim ab illis , qui præſtandorum iurium Cameræ Apoſtolicæ ſunt immunes : alij aut incapaces , aut aliis beneficiis eccleſiaſticis onuſti, aut eccleſiaſtico ordini ſeſe mancipare refugientes , aut etiam laici beneficia eccleſiaſtica aliis conferenda procurant , vt de illis poſtmodum ad libitum illorum diſponatur ,fructus etiam percipientes illorum. Adhæc plerique Ordinarij, & alij collatores , ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia , vt fructus ſeu penſiones capiant eorundem , aliiſue faciant miniſtrari : Alia item permulta eiuſcemodi committuntur , quibus immaculata rerum diuinarum ſanctitas impiè violatur ; diſciplinæ eccleſiaſticæ neruus abrumpitur ; & imminens patratur exitium animarum.

*Mala ex confidentiis nata.*

Quæ nos volentes periculoſam talium audaciam opportunis ſubſidio cohibere , præſentium auctoritate decernimus , vt ſi quis quacumque auctoritate eccleſiam, vel monaſterium , aut aliud beneficium eccleſiaſticum qualecumque , ex reſignatione , vel ceſſione, cuiuſcumque perſonæ ſimpliciter , aut cum

*Ex quibus factis confidentia cognoſci et cenſeri poſſit, quæ à partibus inter ſe fieri conſueuerunt.*

circuitu retroceſſionis, cum regreſſu, vel acceſſu, grat... ſola dimittentis intentione receperit, vt illa, vel ... etiam in euentum regreſſus, vel acceſſus eidem dimi... tenti, vel alteri poſtea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alij vel aliis concedantur, vel penſiones ſoluantur, ex eiſdem hæc confidentia cenſeatur. Ite-

*Alia facta & ſigna è quibus confidentia hæc agnoſcatur, quę coram Ordinariis collatoribus fieri ſolent.*

dem ſi Ordinarius, vel alius collator contulerit ... hac, aut cõferat in futurum beneficium eccleſiaſticum quouis modo vacans, ea conditione, tacita, vel expreſ-ſa vt poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu ... rius cuiuſcumque cõtra iuris communis ordinationem diſponatur, ſiue vt de eo prouiſus, fructus illius, ... partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel ... dentis, aut alterius relinquat, & remittat, ſeu penſio-nem illi, vel illis, quem, vel quos idem collator, ... cedens, vel alius per ſe, vel alium, ſcripto, aut ... iuſſerit ſeu ſignificauerit, perſoluat, & pariter ... no etiam laico, vel alteri præſentatori, ſeu electori ... tigerit, aut contingat id fieri. Adhæc ſi clericus ... ctæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à ſolutione ...

*Alia rurſum facta ad cognoſcendam hanc cõfidentiam in curia Rom. fieri ſolita.*

ipſius Cameræ, vel etiã Cancellariæ Apoſtolicæ ... ptus poſt reſignationem, vel ceſſionem alicuius ... nei, de eccleſia, monaſterio, vel alio beneficio eccleſia-ſtico in ſe, apoſtolica vel alia auctoritate factam, ... miſſam, illam vel illud, etiam confectis literis Apoſto-licis, & poſſeſſione apprehenſa in eundẽ reſignantem, vel cedentem modico ſpatio interiecto, vel ... aut trium menſium retroceſſerit, aut retroceſſurum, & ex illa retroceſſione fructus eccleſiæ, ſeu mo-naſterij, aut beneficij, vel eorum pars, ſeu penſio, ... quid aliud ſuper illis reſeruatum, aut regreſſus, ac-ceſſus, & ingreſſus ad illã vel illud ipſi clerico, Car-dinali, aut alij exempto ſit fuerítue conceſſus. ... mò, ſi quis crimine aliquo abſolutus, aut cum eo ... per irregularitate diſpenſatum eſt, denuò receperit ... cumque auctoritate eccleſiam, monaſterium, vel ... beneficium eccleſiaſticum, quod ante vel poſt com-miſſum delictum, aut contractam irregularitatem ... rit, in quouis horum caſuum confidentiæ præſumptio contracta, caſuſque huiuſmodi literis prædictis ...

prehendantur, ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent, licet ipſum confidentiæ crimen, alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum.

*Quibus præſumptionibus et ſignis confidentiæ probarī poſſint plenè.*

Ad probandum verò plenè confidētiarum abuſum, inter alias etiam hæ præſumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ. Videlicet; ſi quis poſt ceſſam ab ſe eccleſiam, vel monaſterium, aut beneficium, & publicatam reſignationem ſeu ceſſionem, captamque à ſucceſſore poſſeſſionem, ſeſe in illa, vel illo ſeu rebus illius, per ſe, vel alium, ſeu alios de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicumque ſucceſſor illi, vel eius propinquis ipſos, aut partem aliquam remiſerit eorundem. Si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius parētes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimiſſi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel ſola procuratoris diſpoſitione, vel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ perſonam recipientis concernit, proſecuta ſit, ſimulque expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint. Denique ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacumque auctoritate, de beneficio eccleſiaſtico per ſe, vel alium ſeu alios interceſſerit, vel aliàs in negotio conceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto etiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplici donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad volūtatem interceſſoris fuerit diſpoſitū quandocumque.

*Teſtes in cauſa confidentiæ.*

Teſtes autem de quaque re ſingulares ſingula probare valeant præſumptiones, & coniecturas, quæ ſi huiuſmodi præſumptiones & coniecturæ plenā probationē faciant in prædictis. Cæterum criminoſi, & alij omnes, qui ad perhibendū in caſibus Simoniæ teſtimoniū recipi poſſunt, ad prædicta omnia admittātur. Sed ne quiſquam etiam vana fiducia fretus, non intendendi cōtra ſe iudicij in crimine perſeueret, vtq; hoc etiam grauioris cenſuræ ſtimulo vſquequaque prohibeatur, omnes & ſingulos, qui hucvſque eccleſias, monaſteria, beneficia, fructus, penſiones aliáſve res, interuenientes hoc confidentiæ vitio, receperunt, ac retinent,

nisi ſtatim ad ſe reuerſi, & reſipiſcentes, celeri ſimili-
ne ſibi proſpexerint, & qui quid tale admiſerint, fu-

*Aliæ pœnæ cõtra confidetiarios.*

turum, etiam omnibus, & ſingulis aliis eccleſiis, mo-
naſteriis, dignitatibus, adminiſtrationibus, officiis &
beneficijs obtentis, quæ pariter ſub dicta reſeruatione
comprehendi volumus, necnon fructibus, pecuni-
bus, & aliis rebus eccleſiaſticis, ac etiam Ro. Cu. &
aliis officiis temporalibus præſentium auctoritate pri-
uamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in eius
ſubſidium excommunicationis ſententia innodamus,
qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio
quàm Romano Pontifice, abſolutionis beneficium va-
leat obtinere. Nos enim aduocatione cauſarum hu-
modi, & reſeruatione cognitionis illarum, necnon
omnium inde emergentium nobis, & prædeceſ-
ſoribus, vt prædictum eſt, facta (cauſis illis dum-
exceptis, quæ iam coram nobis pendere noſcuntur,
etiam iis, quas ratione eccleſiarum, & monaſte-
rum, quorum diſpoſitio in conſiſtorio fieri conſueuit,
aut debet, itemque contra ordinarios collatores, Epi-
ſcopos, & alios ſuperiores Prælatos, etiam Cardinales
haberi contigerit, vt iam aliis noſtris ſtatutum eſt, au-
diendis, decidendis, & terminandis) harum ſerie pror-
ſus relaxata, decernimus ita deinceps quoſcumque iu-
dices, ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii
Apoſtolici Auditores, ac prædictæ Rom. eccleſiæ Car-
dinales, ſublata eis, & ipſorum cuicumque aliter
ter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctorita-
te, vbique iudicare, interpretari, & diffinire debere;
necnon irritum, & inane quicquid ſecus in prædictis
quoſcumque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari.

*Iniungitur omnibus Ordinariis præfatæ cõſtitutionis diligens obſeruatio & executio.*

Quorcica omnibus locorum Ordinariis diſtrictè
iungimus, vt in ſuis quiſque eccleſiis, ciuitatibus, dioe-
ceſibus, & locis etiam exemptis, ad prædicta dili-
attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delin-
quentes ſeuerè animaduertant, ſi diuinæ maieſtatis
dicium, dictæque ſedis cenſuram voluerint euitare.
In cæteris verò cauſis, & negotiis, nobis, & prædeceſ-
ſucceſſoribus exceptis, eoſdem locorum Ordinarios
præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præſentium auctoritate delegamus, vt gratia, & fauore poſtpoſitis, pro ſe quiſque cùm venerit vſus, contra prædictos omnes ſub ipſa exceptione comprehenſos, diligenter inquirant, ſuoque inquiſitiones omnes ſigillo obſignatas, ad prædictam Sedem quàm primum transferant, vt nos, & prædicti ſucceſſores in cauſis huiuſmodi procedentes, quod iuſtum fuerit, decernamus. Nos enim ſingulis Ordinariis ipſis prædictos omnes, & quoſcumque alios etiam exemptos, etiam per edictum publicum, conſtito prius ſummariè & extraiudicialiter de non tuto ad illos acceſſu citandi, & monendi, eiſque ac iudicibus ordinariis, & delegatis, aliiſque perſonis quibuſcumque, ne prædictorum executionem quoquo modo impediant, vel aliàs in illis ſe interponant, etiam per ſimile edictum inhibendi, eoſdemque ac alios contradictores, & rebelles quoſcumque per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac omnia iuris, & facti remedia opportuna compellendi, auxilium brachij ſecularis, quandocumque opus erit, inuocandi, cæteraque in prædictis omnibus, & ſingulis neceſſaria faciendi, & exequendi, plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus Fel. recor. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & in concilio generali edita de duabus dietis, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, quodque Epiſcopis collatoribus, & Prælatis prædictis, etiam Cardinalibus, vel quibúſuis aliis, communiter, vel diuiſim à prædicta ſit Sede indultum, vel in poſterum indulgeri contingat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut contra indulta huiuſmodi ad iudicium trahi non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, & ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorũcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut in totum non inſerta, effectus præſentium, aut attributæ prædictis Ordinariis iuriſdictionis explicatio, ſeu exercitium, vel executio impediri valeat quomodocumque, vel differri, & de quibus quorumque



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpe-
cialis, cæteriſque contrariis quibuſcumque literis præ-
deceſſoris huiuſmodi nihilominus in ſuo robore dura-
turis. Volumus autem, vt præſentium exempla
impreſſa edantur, eaque Notarij publici manu, & cu-
cumque curiæ eccleſiaſticæ, eiuſue Prælati ſigillo ſi-
gnata, eandem illam prorſus fidem in iudicio, & extra
vbique locorum faciant, quam ipſę præſentes facerent,
ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam, &c.

*Conſtitutio Pij 4. contra confidentias in ſuo robore conſeruatur.*

### *Super modo, & forma publicandi beneficiorum reſignationes Pij V. conſtitutio.* CAP. XXIII.

SAnctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter
D. Pius diuina prouidentia Papa V. animo
quæ, & quã grauia inconuenientia, & abuſus ex
occultis beneficiorum eccleſiaſticorũ reſignationibus
& ceſſionibus in dies oriantur; cùm ſæpe contingat,
quod occultè reſignantes, vel cedentes huiuſmodi,
poſt reſignationem, vel ceſſionem per eos factam,
ſolùm fructus ex beneficiis ſic ceſſis, vel reſignatis pro-
uenientes indebitè percipiunt, ſed etiam (quod magis
eſt dolendum) tanquam veri Prælati, vel beneficiati,
ſacramẽta miniſtrant, ordines conferunt, & indulgen-
tias Chriſtifidelibus concedunt, in maximũ animarum
periculum, & ſcandalum plurimorum; Nonnulli
etiam cum eiſdem reſignantibus, vel cedentibus, tan-
quam cum veris Prælatis, aut beneficiatis contrahunt,
illiſque decimas, cenſus, oblationes, & alia iura eccle-
ſiaſtica perſoluentes, illa poſtmodum veris Prælatis
beneficiatis iterum ſoluere, & ab illis intruſis cum
maximo ipſorum ſoluentium damno, & incommodo
repetere coguntur: plerumque etiam ordinarij colla-
tores, ac etiam Romani Pontifices pro tẽpore exiſten-
tes, beneficia huiuſmodi occultè reſignata, vel ceſſa,
per obitum ipſorum reſignantium, vel cedentium va-
care exiſtimantes, illaque tanquam per obitum va-
tia conferentes, detecta poſtea reſignatione, vel ceſſio-
ne prædicta, ſimul cum perſonis prouiſis, grauiter de-
luduntur, & fraudantur. Ac etiã conſiderans, quam
in p

*Mala per occultam beneficiorum reſignationem prouenientia.*

beneficiis eccleſiaſticis, ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, canonicis ſanctionibus ſint odioſa, ac ſanctorum patrum decretis contraria: Quodque propter varias & diuerſas fraudes, & malitias, quæ in dictorum beneficiorum reſignationibus, ſeu iurium in illis vel ad illa competētium ceſſionibus, (quas maximè puritas, ſimplicitaſq; decet) quotidie excogitantur, & adhibētur, plerumque beneficia huiuſmodi quaſi iure hæreditario occupata detinentur.

Et propterea, ne abſurda, & inconueniētia prædicta de cætero oriantur, prouidere, illaque à templo, & ſanctuario Dei quàm longiſſimè ſubmouere, ac animarum periculis, necnon fraudibus, & malitiis huiuſmodi occurrere cupiens, præſenti ſua perpetuò valitura conſtitutione voluit, ſtatuit & ordinauit; Quod quæcumque dictorum beneficiorum reſignationes, aut iurium ceſſiones tam in manibus ſuæ Sāctitatis, quàm cuiuſcumque Romani Pōtificis ſui prędeceſſoris, aut ſucceſſoris, aut cuiuslibet alterius etiam loci ordinarij, vſque in diem publicationis præſentis conſtitutionis factæ, & quas in poſterum fieri contigerit, ſub infraſcriptis modo, & forma, & non aliter publicari, ac ad eorum, ad quos ſpectat, notitiam deduci debeant; Videlicet reſignationes, & ceſſiones iam factæ (ſi illarum vigore poſſeſſio nondum fuerit per reſignatarium, vel ceſſionarium apprehenſa, etiam ſi ſuper illis conſenſus præſtiti fuerint) necnon eæ, quas infra tempus inferius deſignatum, a quo præſens conſtitutio obtinere incipiet, ſiquidem extra Rom. curiam factæ extiterint, infra vnum; ſi verò in eadem curia, infra ſex menſes à die qua eadem conſtitutio ſic vt præfertur, obtinebit, numerandos. Reſignationes verò, quas poſt dictum diem fieri cōtinget, ſiquidem extra curiam ſimiliter infra vnum; ſi verò in ipſa curia fiant, infra ſex menſes à die datæ ſupplicationis reſignationum ſeu ceſſionum eorundem, non autem à die præſtiti ſeu præſtandi conſenſus computandos in eccleſia ipſius beneficij, ac etiam in cathedrali, vel metropolitana, vel alia ſuperiori eccleſia, cui beneficium ipſum reſignatum, vel ceſſum immediatè ſubeſt; ſiquidem beneficium extra cathedralem eccleſiam ſitū eſt,

*Tolluntur abuſus per occultā reſignationem prouenientes.*

*Intra quod tēpus quomodo reſignationes beneficiorum publicari debeant.*

vel fuerit : ſi verò beneficium huiuſmodi in cathe
vel alia ſuperiori eccleſia extiterit, in ipſa ſol
inibi populi multitudo ad diuina audienda conue
publicè, ac alta, & intelligibili voce, ita quod o
nium in eadem eccleſia præſentium notitiam
militer peruenire poſſit, per ipſos reſignantes,
dentes, aut reſignatarios vel ceſſionarios, vel
ſeu alios eorum nomine publicentur; ipſique reſig
tarij vel ceſſionarij realem, & actualem poſſeſſion
beneficiorum huiuſmodi realiter, & cum effectu
prehendere, vel ſaltem illam, infra prædictum
vel ſex menſium terminum ab his, ad quos illi
ditio de iure, vel de conſuetudine ſpectat,
non fictè ſeu perfunctoriè, congruo loco &

*Reſignatio beneficiorum litigioſorum quomodo publicari & inſinuari debeat.*

petere debeant. Et ſi beneficia ipſa etiam qu
ſeſſionem tantùm litigioſa, & per alios po
rint, vel eorum poſſeſſio ex quauis cauſa ca
prehendi non poſſit, ſi litem huiuſmodi in
nunc, aut in futurum pendere contigerit,
miſſa, literas deſuper expeditas, vel ſaltem
menium conſenſus, cum data ſupplicationis,
cum deſignatione libri, & folij, in quibus
huiuſmodi regiſtrata fuerit, infra menſem
dem datæ, non autem à die præſtiti conſenſus
randum in actis Notarij cauſæ, & litis huiuſmodi
ter, & cum effectu præſentare, illumque in eiſd
notari facere.

Et inſuper quod in omnibus, & ſingulis c
prædictis, reſignatarij, ſeu ceſſionarij, eorum
ceſſores, vel cauſam ab eo quomodolibet h

*Conſenſus ante obitum reſignantis præſtitus qui inſinuari et iudicari debeat.*

conſenſum ante obitum reſignantis, vel cedent
ſi ſupplicatio per eundem reſignantem, vel ce
ſeu eius procuratorem porrecta fuerit, in libri
ræ, vel Cancellariæ, ſiquidem reſignatio,
huiuſmodi in ipſa curia; aliàs ſi extra curia
fuerit, vel fiat, in actis epiſcopalis ſeu archie
lis, vel alterius Superioris curiæ, cui beneficium
immediatè ſubeſt, extenſum fuiſſe legitimè
ſeu probare teneantur: Alioquin reſignation
conceſſiones, ac extenſiones & conſenſum huiuſ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ aliter, quàm vt præfertur, publicatæ, ſeu factæ, cum
omnibus inde ſecutis, & ſequendis, etiam nouis pro-
uiſionibus, ac aliis ceſſionibus, & retroceſſionibus, cæ-
teriſque quibuſuis gratiis, nullas, & inualidas, nulliuſ-
que roboris, vel momenti fore ac fuiſſe, & eſſe ſta-
tuit, & ordinauit. Et præmiſſa omnia, & ſingula e-
tiam in quibuſlibet beneficiis conſiſtorialibus, &, vt
præfertur, litigioſis, etiamſi reſignantes, vel ceden-
tes extra poſſeſſionem eorundem beneficiorum ciuili-
ter, vel naturaliter deceſſerint, ac etiam ſi reſignatio-
nes, & ceſſiones præfatæ ex cauſa permutationis, vel
cum reſeruatione omnium & ſingulorum fructuum,
reddituum, & prouentuum, ac quotidianarum di-
ſtributionum propria auctoritate, vel aliàs percipien.
dorum reſeruatione tituli, adminiſtrationis, ſeruitij,
... ali, & aliàs quomodocumque, & qualitercum-
que, etiam in fauorem alicuius ex ſcriptoribus Apo-
ſtolicis, aut aliis Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ha-
...æ factæ extiterint, aut etiam in futurum fieri, &
reſignatarios, vel ceſſionarios ipſos infra dictum v-
...um, vel ſex menſium ſpatium cedere, vel retroce-
dere contingat, locum habere, & ſuum locum obti-
nere voluit, & expreſsè declarauit. Sicque & non
...per quoſcumque iudices, & commiſſarios qua-
...s etiam Apoſtolica auctoritate fungentes, etiam
cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, & ipſius ſan-
ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quauis cauſa &
inſtantia; ſublata eis & eorum cuilibet quauis ali-
ter iudicandi, & interpretandi facultate, & aucto-
ritate, iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque,
... decreuit. Cæterum vt præſens conſtitutio faci-
lius omnibus innoteſcat, Sanctitas ſua voluit, &
mandauit, quod eadem conſtitutio non ſolùm in
Cancellaria Apoſtolica, vt moris eſt, ſed etiam ad
...as Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, &
...acie Campi Floræ publicetur, illiuſque exem-
pla in eiſdem locis affixa dimittantur, & inter
conſtitutiones perpetuas deſcribatur & annotetur.
Quodque omnes, & ſingulos, quos illa concer-
nit, præſentes quidem in curia ſtatim lapſo menſe
à die

à die dictæ publicationis numerando: cæteros vero intra montes degentes, tribus; vltra verò ipſos montes commorantes, ſex mẽſibus decurſis perinde arctet, ac ſi eiſdem perſonaliter intimata fuiſſet, cùm non ſit veriſimile apud eos manere incognitum, quod tam pa-ter fuerit publicatum.

*De beneficiorum pluralitate.* CAP. XXIIII.

ETſi iſta beneficiorum, & officiorum pluralitas iuri diuino [a], & humano [b] inimica, atque contraria, à diuerſis Pontificibus [c] & conciliis [d] reprobata, & prohibita eſt: damnandæ tamẽ ambitionis improbitas, & auaritiæ cæcitas multorũ animos occupans, eos in illam temeritatem impulerunt, vt quæ ſibi à iure inter-dicta nouiſſent, exquiſitis fraudibus vſurpare conaren-tur. Quocirca SS. Tridentina Synodus ſtatuit, vt ne-mo, quacumque etiam dignitate, gradu, aut præemi-nentia præfulgens, plures metropolitanas ſeu cathedra-les eccleſias, in titulum, ſiue cõmendam, aut alio quo-uis nomine, contra ſacrorum canonum inſtituta, ſuſci-pere, & ſimul retinere præſumat; cùm valde felix ille cenſendus, cui vnam eccleſiam bene, ac fructuosè, & cùm animarum ſibi commiſſarum ſalute regere con-gerit. Qui autem plures eccleſias contra præſentis de-creti tenorem nunc detinent, vna, quam maluerint, retenta, reliquas infra ſex menſes, ſi ad liberam Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionẽ pertineant, aliàs infra annum dimittere teneantur: alioquin eccleſiæ ipſæ, vltimò ob-tenta duntaxat excepta, eo ipſo vacare cenſeantur.

Deinde quicumque plura curata, aut aliàs incompa-tibilia beneficia eccleſiaſtica, ſiue per viam vnionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo, contra formam ſacrorum canonum, & præſertim conſtitutionis Innocentij III. quæ incipit, De multa [f], recipere ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficiis ipſis, iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem, ipſo iure etiam præſentis canonis vigore, priuatus ex-ſtat [g]. Siquidem de multa prouidentia fuit in Latera-nenſi concilio [h] prohibitum, vt nullus diuerſas digni-tes eccleſiaſticas, vel plures eccleſias parœciales

a arg. ca. cum non ignores. & ibi gloſ. et DD. de preben. c. inter. de tranſlat. Epiſ. c. acutius. diſt. 26. cap. 1. 21. q. 1.
b argu. l. his quidem. C. qui militare nõ poſ. l. 1. ff. de colleg. illic. l. libertus. ff. ad munici-piũ. l. hac par-te. C. de proxi-mis ſac. ſcrin. c c. ſanctorum. diſt. 70. c. ſin-gula. diſt. 89. c. de multa. de preben. c. quia nõnulli. de cler. non reſid.
d c. 1. & 2. 21. q. 1. d. cap. de multa. Iuo 6. par. decr. cap. 173. & 311.
e ſeſſ. 7. de re-format. cap. 2.
f tit. de præb. & dignit. in antiq.
g Concil. Trid. ſeſſ. 7. de refor. cap. 4.
h Sub Innocen-tio 3. cap. 29. et cap. de multa. de præbend.

perit contra ſacrorum canonum inſtituta: alioquin recipiens ſic, acceptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens priuaretur. Quia verò propter præſumptiones, & quorundam cupiditates nullus, aut rarus de prædicto ſtatuto fructus proueniebat, Innocentius III. euidentius & expreſſius occurrere cupiens ſtatuit [a], vt quicumque receperit aliquod beneficium curam habẽs animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, eo ſit, ipſo iure, priuatus: & ſi fortè illud retinere contenderit, etiam alio ſpolietur. Is quoque ad quem prioris ſpectat donatio, illud poſt receptionem alterius liberè conferat, cui meritò viderit conferendum: & ſi vltra ſex menſes cõferre diſtulerit, non ſolum ad alios, ſecundum Lateranenſis concilij ſtatutum, eius collatio deuoluatur, verumetiam tantum de ſuis cogatur prouentibus in vtilitatẽ eccleſiæ cuius eſt illud beneficium aſſignare, quantum à tempore vacationis ipſius conſtiterit eſſe perceptum. Hoc idem in perſonatibus eſſe decernens obſeruandum; addendo, vt in eadem eccleſia nullus plures dignitates, aut perſonatus habere præſumat, etiam ſi curam non habeant animarum. Circa ſublimes tamen, & literatas perſonas, quæ maioribus beneficiis ſunt honorandæ, cùm ratio poſtulauerit, per ſedem Apoſtolicam poterit diſpenſari.

*a d. c. de mult.*

*Habens beneficium curatum ſi alterũ ſimile acceptet, vacat primum.*

*Nullus plures dignitates etiã curæ animarũ nõ obnoxias habere poteſt in eadem eccleſia.*

*Ad tollendam, & extirpandam beneficiorum pluralitatem quid facto opus ſit.* CAP. XXV.

SAcroſancta Tridentina Synodus ſatagens iſtam beneficiorum pluralitatem ex eccleſia tollere, & extirpare, ſtatuit, & ordinauit [b]; vt Ordinarij locorũ quoſcumque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia eccleſiaſtica obtinẽtes diſpenſationes ſuas exhibere diſtrictè compellant, & aliàs procedant iuxta conſtitutionem Gregorij decimi, in generali Lugdunenſi concilio editam, quæ incipit, Ordinarij [c]: quàm eadem ſancta Synodus innouandam cenſet, & innouat: addens in ſuper quod ipſi Ordinarij etiam per idoneorum vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum aſſignationem omninò prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur; & beneficia ipſa debitis obſequiis

*b ſeſſ. 7. cap. 5. Habentes plura beneficia incompatibilia compelluntur exhibere ſuas diſpẽſationes.*

*c de offic. Ordin. 6.*

quiis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quiis minimè defraudentur: appellationibus, priui-giis, exemptionibus quibuſcumque, etiam cum iudi-cum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus.

Secundum igitur prædictam Gregorij decimi con-ſtitutionem, Ordinarij locorum ſubditos ſuos plures dignitates, vel eccleſias, quibus animarum cura immi-net, obtinentes, ſeu perſonatum, aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura ſimilis eſt annexa, diſtrictè com-pellant diſpenſationes, auctoritate quarum huiuſmodi eccleſias, perſonatus, ſeu dignitates canonicè tenere aſſerunt, intra tempus pro facti qualitate ipſorum Or-dinariorum moderandum arbitrio, exhibere. Quòd ſi forte iuſto impedimento ceſſante, nullam diſpenſatio-nem intra idem tempus cõtigerit exhiberi, eccleſiæ, be-neficia, perſonatus, ſeu dignitates, quæ ſine diſpenſa-tione aliqua eo ipſo illicitè detineri cõſtabit, per eos, ad quos eorum collatio pertinet, liberè perſonis idoneis conferantur. Cæterum, ſi diſpenſatio exhibita ſufficiens euidenter appareat; exhibens nequaquam in beneficiis huiuſmodi, quæ canonicè obtinet, moleſtetur. Pro-deat tamen Ordinarius, qualiter nec animarum cura in eiſdem eccleſiis, perſonatibus, ſeu dignitatibus negli-gatur; nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur. Si verò de diſpenſationis exhibitę ſufficiẽtia dubitetur, ſuper hoc erit ad Sedem Apoſtolicam recurrendum, cuius eſt æſtimare, quem modum ſui beneficij eſſe ve-lit. In conferendis inſuper perſonatibus, dignitatibus, & aliis beneficiis curam habentibus animarum annexam, iidem Ordinarij diligentiã illam obſeruent, vt perſona-tum, dignitatẽ, vel aliud beneficiũ ſimilem curam habens animarũ, alicui plura ſimilia obtinenti non antè confer-re præſumant, quàm eis ſuper obtentis diſpenſatio-denter ſufficiens oſtendatur. Qua etiã oſtenſa, ita demum ad collationẽ procedi volumus; ſi appareat per eam, quod is, cui eſt collatio facienda, huiuſmodi perſonatum, dignitatem, vel beneficium retinere liberè valeat cum obtentis; vel ſi ea, quæ ſic obtinet, liberè, ac ſponte reſi-gnet. Aliter autem de perſonatibus, dignitatibus, & be-neficiis talibus facta collatio nullius penitus ſit momenti.

*Intra quod tẽpus diſpẽſationes exhiberi debeant.*

*Quid Ordinariis in beneficiorum curam animarum habentium collatione obſeruandum ſit.*

Præ

Præterea in Synodo Colonienſi cauſa reformationis cleri ad petitionem & inſtantiam Caroli V. Imperatoris habita anno 1549. ſtatutum hoc legitur[a]: Cupientes animo quantum in nobis eſt prohibere, ac tollere odioſum illud, & inſatiabile (quod & patrum canones deteſtantur) ſtudium coaceruandi multa beneficia curam animarum habentia, vnde populus fidelis grauiter ſcandalizatur, & optimorum quorumque animi à clero alienantur, ſpoliantur eccleſiæ debitis miniſteriis, ceſſatio inducitur cultus diuini, fundatores, quorum ſacroſancta, & inuiolabilis debebat haberi ſuprema voluntas, ſpe, & expectatione ſua fraudantur: aliique, quibus beneficium aliquod eccleſiæ certæ debetur, quique miniſtrare in eo & cupiant & poſſint, non abſque iniuria, & offenſione Dei excluduntur, & ad ſtudia profana impelluntur, vbi eccleſiæ poterant eſſe ornamento, donec Cæſarea Maieſtas prouiſionem idoneam aduerſus licentiam hanc à ſummo Pontifice impetret: id quod ab eccleſiaſticis Imperij Statibus rogatus, ſe recepit à Sanctitate eius eniti, atque efficere velle. Statuimus, & communi, maturaque deliberatione cum Concilio præhabita, quod iuſtiſſimum eſt, & ad eccleſiæ ædificationem pertinet, ſancimus; vt beneficiatus quiſque, ſi beneficia habet à cura libera, aut vnum curatum, aliud ſimplex, ſatisfaciat officio, cuius gratia beneficium accipit, ſecundum fundatorum intentionem, ſacros canones, & patrum decreta; & ab eccleſia, vbi beneficium negligit, non participet. Etenim diuini iuris eſt[b], vt, qui ſeruit altari, de altari viuat: nec bono iure is, qui non ſeruit altari, viuit de altari; ſicut ſtipendium non debetur, niſi militanti. Si verò curatum habet beneficium, apud eccleſiam, vbi beneficium habet, reſideat, & officio ſatisfaciat, alioqui nihil percepturus, pertinebitque ad Epiſcopum, ſeu eos, quibus hoc iure competit, vt de præbendæ, ſeu beneficij fructibus ad eccleſiæ illius vtilitatem diſponant: niſi beneficiatus ille Eccleſiæ Dei vtilius aliquod ſeruitium interim impendat. Quod ſi quis iuxta cap. de multa. de præbend. qualificatus iam impetrauit

à Sede

a *in 3. media de officio. perfunctio. cap. 9.*

*Fundatorũ ſacroſancta e. inuiolabilis debet haberi voluntas.*

b *Deuter. 19. & 1. Corint. 9. cap. doctor. &q. 1. c. cum ſecundũ de præbend.*

à Sede Apoſtolica facultatem plura, quàm vnum be-
ficium retinendi; Mandamus vt hanc Epiſcopo ...
eius viſitatoribus ſecundum diſpoſitionem c. Ordina-
de offic. Ordin. in 6. præſentet; atque exhibeat ...
appareat ſufficiens, curet Epiſcopus, vt beneficia ...
obſequiis non fraudentur: Alioqui beneficiatus ...
quod maluerit, retento, reliqua liberè reſignet, ...
mittat viris idoneis, perſonaliter reſidere volentibus
abſque præiudicio tamen præſentatium, eligentium ...
collatorum conferenda. Si verò diſpenſatum ...
indigno, ſummo illud Pontifici curet Epiſcopus ...
ficare, vt digniori de beneficio illo prouideatur ...
eos, quibus aliàs competit ius eligendi, conferendi ...
præſentandi.

*An quis tuta conſcientia per diſpenſationem plura ...*
*cia incompatibilia retinere poſsit.*

CAP. XXVI.

*a lib. 2. de conſider.*

D. Bernardus Eugenio Pontifici ſcribens ...
ſum, inquit, tam rudis, vt ignorem vos ...
diſpenſatores, ſed in ædificationem, ...
ſtructione: vbi neceſſitas vrget, excuſabilis eſt diſpen-
ſatio: vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis ...
vtilitas, dico, communis, non propria. Nam ...
hil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ...
lis diſſipatio eſt. Ex quibus D. Bernardi verbis ...
Campegius Epiſcopus Feltrenſis in tractatu ...
neficiorum pluralitate colligit, & dicit; Ne ...
ſati blandiantur propter Superioris auctoritatem ...
niam etſi tuti ſint, quoad militantem eccleſiam ...
licet deſuper moleſtentur; & ne pœnas incidant ...
poſitiui: non tamen ipſi, nec diſpenſans tanquam ...
delis diſpenſator, tuti ſunt in foro conſcientiæ ...
licet in malis, quia prohibita diſpenſatio ...
niſi quod ipſam auferat prohibitionem, rem ...
quens naturæ (quæ cùm indifferens ſit, fieri po...
reprehenſione) tamen in prohibitis quia mala ...
rum numero eſt pluralitas beneficiorum, ...
diſpenſationem prohibitione, & ſuæ permiſſione ...
remanet malum: propterea nec etiam faciendum ...

*Quando diſpẽſatio excuſabilis & laudabilis ſit.*

*Diſpẽſati abſque iuſta et legitima cauſa hæc ſecum reuoluant.*

prohibitionis amotio non faciat, vt quod de ſe malum ſunt, bonum reddatur: propterea iure improbanda videtur Innocentij opinio [a], cùm dixit: Papam in his, quæ iuris poſitiui ſunt ſine cauſa diſpenſare poſſe, ponens, exemplum de retentione duarum parochialium.

*a in ca. cum ad monaſteriũ, de ſtatu regular.*

D. verò Dionyſius Richelius de vita Canonicorum & aliorum eccleſiaſticorum ſcribens [b]: Quantũ, inquit, periculi habeat hæc multiplicitas beneficiorum expenderunt, & pulchrè declararunt multi inſignes Scriptores. Et, vt ſummatim præcipuæ cauſæ recenſeantur, ob quas pernicioſa eſt huiuſmodi pluralitas: Primùm, quod per eam, Deum priuari debito cultu, & obſequio, quod ſibi à pluribus impenderetur: Minui item numerum miniſtrorum Dei, & Eccleſiæ, dum idem plura occupat miniſteria. Adhæc ſicut viuorum multi, quibus hæc diſtribui poſſint, & meritò deberent, priuantur condignis præmijs, ſeu ſuſtentationis ſuæ ſtipendio: ita defuncti ſuis ſuffragiis, & ipſi fundatores fraudantur à ſe intentis. Omittimus damna ſubditorum ex abſentia paſtorum, & ſcandala, quæ ex dicta multiplicitate in populo Chriſtiano oriuntur. Quæ vtinam ſolum expenderent, qui patrimonio pauperis Chriſti impinguantur, incraſſantur, dilatantur; nihil minus ſoliciti, quàm de onere, quod incũbit beneficiis, explendo, verum hoc tantum agentes, vt ex eorum prouentibus quàm plurimùm ad ſe redeat, vnde (poſthabitis ſimpliciter Chriſti pauperibus) ſuis vanitati, & voluptatique cupiditati ſatisfaciant. Aduertant, quæſo, hi, quid ſacri Doctores non modo recentiores, verumetiam veteres Baſilius, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Proſper, & alij, tradunt de iis, quæ à clericis, & eccleſiæ miniſtris poſſidentur, ſupra honeſtum victum, & amictum, de quibus duntaxat D. Bernardi (viri haud dubie ſpiritu Dei pleni) ſententiam referam, ſcribentis ad quendam Canonicum verum nobilem, non tamen beneficio contentũ [c]: Quicquid, inquit, de bonis tuæ præbendæ vltra neceſſarium victum ſimplicemque veſtitum retinueris tibi, tuũ non eſt, furtum eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Quid hic ſanctus vir dixiſſet, de theſauris ex multis beneficiis collectis?

*b art. 24.*

*Pluralitas beneficiorum cur ſit pernicioſa, vide etiã Alphonſum Aluarez in Theſauro Chriſtia. religio. cap. 34.*

*c epiſt. 2.*

Neque eſt quod quiſquam alleget diſpenſationem; niſi enim hæc neceſſitati, aut euidenti vtilitati inni- tur, diſſipatio eſt, pernicioſa, non prouida diſpen- ſatio: niſi dicamus ſuper ambitione, luxu, auaritia, & aliis, quæ diuinæ legi repugnant, ſummum Ponti- cem diſpenſare poſſe, vtque ſine modo (quod nec ... Chriſtiano permiſſum eſt) liceat congerere, & domum domui, agrum agro copulare.

*a Thom. Campeg. in d. tract. de ben. plural.*
*b Sub Alexan. 3. par. 1. c. 14. c. quia, de præbend. et dignit.*
*Multitudo præbendarum canonibus eſt inimica.*

Deinde quod periculoſa, & non ſatis tuta in his ... diſpenſatio, ſatis ex eo liquere videtur, quod hanc be- neficiorum pluralitatem comitentur, & ſequantur ani- marum periculum, & turpitudo[a]. De animarum pe- riculo atteſtatur concilium Lateranenſe his verbis di- cens[b]: Quia in tantum quorundam proceſſit ... vt non duas, vel tres, ſed plures eccleſias per ... habere, cum nec duabus poſſint debitam pro... impendere: per fratres, & coepiſcopos noſtros ... mendari præcipimus, & de multitudine præbenda... canonibus inimica, quæ diſſolutionis materiam & euagationis inducit, certumque continet pericu... animarum, eorum, qui eccleſiis deſeruire valeant ... digentiam volumus ſubleuari. Nam per hanc plura... tatem fit, vt Ioannes Papa XXII. ingenuè fatetur[c] ... vnus interdum, qui vnum, quamuis modicum ... ficium implere ſufficeret, plurimorum ſibi vendicet ... pendia, quæ multis literatis viris, vitæ pariter ... ſtimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, ... ſent abundè ſufficere, æqua diſtributione collata, ... cultus minuuntur; hoſpitalitas in ipſis beneficiis ... ta non ſeruatur: & dum non ſunt ſui in quaque ... ne rectores, eccleſiarum detrahitur commodis ... honori: quæ carentes defenſorum auxilio, in ... ſuis, & libertatibus multipliciter collabuntur. ... amarius eſt dolendum) animarum cura negligi... vitiorum ſentibus fomentum vitioſè præbetur ... magis inſatiabilis creditur, quò illi amplius ... tur. Quocirca Rebuffus quoque putat[d], nec ... mum Pontificem tutum, in largiendis huiuſmodi ... ſpenſationibus plus æquo liberalem: nec quidem ... bitioſum miſerè eſurientem, diſpenſatum in con...

*c c. execrabilis, de præbend. in extrauag. commun.*
*Mala ex beneficiorum pluralitate prouenientia.*
*d in prax. benefic. par. 2. tit. de diſpenſa. ad plur. & tit. de diſpenſ. de non reſid. in fine.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iam ſi perperam, ait, conceſſæ ſunt, tam animam concedentis, quàm diſpenſati ad inferos deducūt. Quamobrem ambitioſo in præfatis diſpenſationis literis dicendum illi videtur: vt citius, & celerius in infernum deſcendere valeas, de alicuius ſubuentionis auxilio tibi prouidemus, &c.

Turpitudinem verò huius pluralitatis declararunt Patres in concilio ſeptimæ Synodi generalis; dicentes[a]: Clericus ab inſtanti tempore, non connumeretur in duabus eccleſiis. Negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri proprium cõmodum, & ab eccleſiæ conſuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipſa dominica voce[b], quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnum odio habebit, & alterū diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Vnuſquiſque enim ſecundum Apoſtolicam vocem[c], in quo vocatus eſt, in hoc debet manere; & in vna locari eccleſia. Quæ enim propter turpe lucrum in eccleſiaſticis rebus efficiuntur, aliena conſiſtunt à Deo. Atque huic ſententiæ aſſipulatus eſt D. Gregorius omnibus Epiſcopis ſcribens[d]: Singula eccleſiaſtici iuris officia, ſingulis quibuſque perſonis ſigillatim committi iubemus. Nam ſicut indecorum eſt in corpore humano, vt alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum noxium, ſimulque turpiſſimum eſt, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. Huc quoque accedit & illud Vrbani Papæ, dum inquit[e]: In qua eccleſia quilibet intitulatus eſt, in ea perpetuò perſeueret. Omninò autem in duabus aliquem intitulari non liceat: ſed vnuſquiſque in qua intitulatus eſt ibi tantum Canonicus habeatur. Licet enim Epiſcopi diſpoſitione vnus diuerſis præeſſe poſſit eccleſiis; canonicus tamen præbendarius, niſi vnius eccleſiæ, in qua conſcriptus eſt, eſſe non debet. Si quæ tamen capellæ ſunt, quæ ſuis reditibus clericos ſuſtentare non valent, earum cura, ac diſpoſitio Præpoſito maioris eccleſiæ, cui capellæ ſubditæ eſſe videntur, immineat, & tam de poſſeſſionibus, quàm de eccleſiaſticis capellarum officiis ipſe prouideat. D. Alphonſus Aluarez in Theſauro Chriſtian. religio. cap. 34.

a *Synod. Nice. 2. cap. 15. cap. clericus. 21. q. 1.*

b *Matth. 6.*

c *1. Corinth. 7.*

d *c. 1. diſt. 89.* *Vni perſonę nõ ſunt plura committenda officia.*

e *cap. ſanctorum. diſt. 70.*

*Tolerabilius videtur habere plures eccleſias, quàm præbendas.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

narrat ex Specula. in tract. de modo Concilij celebran-
di, in titulo, ne quis in duabus præbendis inuinia
quod iſta quæſtio fuit determinata Pariſiis, & quod
Magiſter in ſacris literis, qui tunc erat Cācellarius,
obtemperauit dictæ concluſioni, atque multa retinu
beneficia, licet eum ſæpe rogaret Epiſcopus Pariſi
vt illa dimitteret. Et deinde mortuo dicto Cancella
& Epiſcopo dicente officium pro eo circa eius ſe
chrum, cùm diceret: De profundis, apparuit ei qua
vmbra, quæ voce clariſſima dixit: Ne ores pro m
ſum condemnatus: quoniam nolui credere, quod
peccatum mortale poſſidere plura beneficia. Q
præmiſſis ac aliis quā plurimis id genus Pontificum
Conciliorum decretis animaduertendum eſt, vt
Dionyſius Richelius [a], quædā eſſe iuri natural
ſuper quibus nulla cadit diſpenſatio. Hinc Dio
dus: Qui, inquit, vnus eſt in perſona, & non p
plures in beneficiis, & non plures in officiis, e
in ſuppliciis. Ex quo datur intelligi, inexcuſabil
ſi per poſſeſſionem plurium beneficiorum ab
quid detrahitur officiis, propter quæ ipſa creata
& donata; non negam... tamen, quin ceſſante
præſcriptarum prohibitionum, id quod in illis
poſitiui, ſubiacere poſſit Apoſtolicæ diſpēſatio
do diuino honori, animarum ſaluti, fundatorum
tioni, miniſtrorum eccleſiæ neceſſariæ ſuſtenta
hil derogatur.

[a] In d. tract. de vita eccleſ. & Canon. art. 24.

Quare cùm eccleſiaſticus ordo peruertatur,
vnus plurium officia occupat clericorum, ſan
canonibus [b] cautum fuit, neminem oportere in
eccleſiis conſcribi. Verùm quoniam multi
cupiditatis affectu, ſeipſos, non Deum decip
quæ bene conſtituta ſunt, variis artibus illudere
ra ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt, ſa
dentina Synodus [c], debitam regendis eccleſiis
nam reſtituere cupiens, præſenti decreto (quod
buſcumque perſonis, quocumque titulo, etiam
dinalatus honore fulgeant, mandat obſeruari
vt in poſterum vnum tantum beneficiū eccleſ
ſingulis conferatur. Quod quidem, ſi ad vitam

[b] c. quia nōnul. de cleric. nō reſident. c. qui in tantū. c. ad hæc c. cum non. c. de multa. c. extirpandæ de præb. c. 1. & ſequēt. 21. q. 1.

[c] ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. Singulis conferendum vnum duntaxat beneficium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ei confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat; licet nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modo ad cathedrales eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia, tam ſecularia, quàm regularia quæcumque etiam commendata pertineant, cuiuſcumque tituli, ac qualitatis exiſtant. Illi verò, qui in præſenti plures parochiales eccleſias, aut vnam parochialem, & aliam cathedralem obtinent, cogantur omnino[a], quibuſcumque diſpenſationibus, ac vnionibus ad vitam non obſtantibus, vna tantum parochiali, vel ſola cathedrali retenta, alias parochiales infra ſpatium ſex menſium dimittere; alioquin tam parochiales quàm beneficia omnia, quæ obtinent, ipſo iure vacare cenſeantur[b]; ac tanquam vacantia liberè aliis idoneis conferantur; nec ipſi antea illa obtinentes, tuta conſcientia, fructus poſt dictum tempus retineant. Optat autem ſancta Synodus, vt reſignantium neceſſitatibus commoda aliqua ratione, prout ſummo Pontifici videbitur, prouideatur.

a Concil. Trid. ſeſſ. 7. de refor. cap. 4.

b c. execrabilis. §. qui verò. de præbend. in extrauagan. com. & concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 4.

*Non conſuetudine, beneficiorum pluralitas excuſari, & defendi poſſit.* CAP. XXVII.

QVia ex præmiſſis clarum, & manifeſtum eſt, naturalem æquitatem, & iuſtitiam dictare, quod habens beneficium ad ſui ſuſtentationem ſufficiens, non debeat occupare plura ad plurium ſuſtentationem ordinata: conſequitur conſuetudine iſtiuſmodi pluralitatem excuſari, & defendi non poſſe. Siquidem cùm tantò ſint grauiora peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam, nemo ſanæ mentis intelligit naturali iuri quacumque conſuetudine quatenus poſſe derogari. Nam cùm trangreſſio iuris naturalis periculum ſalutis inducat; cõſuetudo illi contraria corruptela dicenda eſt, ac proinde nullo modo ſeruanda, vel obſeruanda[c]. Et quamuis Pontifex, atque Epiſcopi huiuſmodi conſuetudinem, licet malam, aliquando tolerent contra ius naturale, & humanum, per hoc tamen non videtur delinquentibus dimitti peccatum, nec eorum conſcientia tuta, pura, & ſecura reddi.

*Pluralitas beneficiorum cõſuetudine excuſari & defendi non poteſt.*

c c. fin. & ibi gloſ. & DD. de cõſuet. Tho. Campeg. in d. tract. de plur. & Dion. Richel. d. art. 14.

 Multa

*a c. cum iamdudum de preb̨end.*
*b in tract. de malo. hor. tem. cau. & remed. déque diui. offic. lib. 2. ca. 10. & 11. & ſuprà eodem lib. cap. 11.*
*c cap. 1. de conſuet. in 6.*

Multa enim, dicente Innocentio Papa III.[a] tolerantur
per patientiam, quæ ſi deducta fuerint in iudicium exi-
gente iuſtitia non debeant tolerari, prout alibi copioſe
latius à nobis demonſtratum fuit[b]. Adeò vt prætextu
conſuetudinis etiam iuratæ, vel quantocumque tem-
pore obſeruatæ, non poſſit quis, niſi vnicum perſona-
tum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium ſi-
mul cum canonicatu, & præbenda in aliqua ec-
abſque ſingulari cauſa, & diſpẽſatione Sedis Apoſto-
licæ obtinere; ſicut ex hac Bonifacij VIII. conſtitutio-
ne liquet[c].

Conſuetudinem, quam in veſtra eccleſia fore
aſſeritis tanto tempore, quod in contrarium me-
non exiſtit, videlicet, quod ipſius eccleſiæ Ca-
duos perſonatus, aut duas dignitates, vel præpo-
ſeu adminiſtrationes, aut dúo officia, vel eo-
rum cum reliquo inſimul, & præbendam pa-
ea licitè, abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ
nere; corruptelam, cùm ſacris ſit inimica can-
& de ambitionis radice proceſſerit, meritò
tes, eam auctoritate Apoſtolica reprobamus
ad ipſius obſeruantiam etiam ſi iuramento firma-
titerit (cùm iuramentum iniquitatis vinculum non e-
ſtat) decernimus non teneri. Statuentes, vt cum
officium vix dignè valeat aliquis adimplere,
ceat decætero, niſi vnicum perſonatum, vel digni-
tem, aut præpoſituram, ſiue adminiſtrationem,
ficium perpetuum, quocumque nomine cen-
cum præbenda inſimul abſque diſpẽſatione
in eadem eccleſia obtinere, vel iam obtenta
Quodſi à quoquam ſecus præſumptum fuerit,
ſit omninò.

*Iuramentũ iniquitatis vinculum non eſt.*
*Beneficiorum pluralitas quomodo abſque diſpenſatione toleranda.*
*d c. vnio 10. q. 3. c. qua. de relig. dom. c. gratia. de reſcript. in 6. Dion. Richel. & Thom. Campeg. locis ſup. alleg.*
*e c. exiirpand. de Præben. ca. ſuper 10. eod. tit. in 6.*
*f ſeſſ. 7. de reform. cap. 7.*

Cæterum non negamus tamen quoſdam eſſe,
quibus licet interdum vni plura poſſidere benefi-
ſertim ſi cura animarum careant: veluti, ſi
prouẽtuum vnius beneficij non ſufficit alicuius
niæ[d]: aut ſi ipſa beneficia ſint connexa præbendæ
dignitati[e]. Sed ſecundum ſacri concilij Tridentini
poſitionem[f], beneficia eccleſiaſtica curata, quæ
dralibus, collegiatis, ſeu aliis eccleſiis, vel mona-
bo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneficiis, ſeu collegiis, aut piis locis quibuſcumque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur: qui ſolicitè prouideri procurent, vt per idoneos vicarios, etiam perpetuos, niſi ipſis ordinariis pro bono eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut minori, vel maiori arbitrio ipſorum Ordinariorum, portione etiam ſuper certa re aſſignāda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, priuilegiis, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcumque in præmiſſis minimè ſuffragantibus. Demum ſi deſint idonei, & ſufficientes miniſtri beneficiorum capaces, qui vacantibus beneficiis perſonaliter deſeruire poſſint [a].

Item ſi beneficia ſimplicia ſint, & perſonalem reſidentiam non requirant, pluralitas tolerari poteſt, dummodo habens tantum ex illis recipiat, quæ ad ſui alimentum, & honeſtam ſuſtentationem ſufficiant [b]. Sed eorum numero putamus non comprehendi præbendas, quæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, ſuſtinendo decenti canonicali gradui, ſeu ſtatui ſufficiunt. Siquidem iſtæ de iure perſonalem reſidentiam requirunt [c]. Quocirca ſancta Tridentina Synodus ſtatuit [d], vt omnes, Canonicatus, præbendas, dignitates, aut portiones obtinentes in cathedralibus, aut collegiatis eccleſiis, non poſſint vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab iiſdem eccleſiis quolibet anno abeſſe: ſaluis nihilominus earum eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus requirunt: alioquin primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac reſidentiæ fecit ſuos. Quodſi iterum eadem fuerit vſus negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Creſcente verò contumacia, contra eos iuxta ſacrorum canonum conſtitutiones procedatur [e]. Atque omnes diuina per ſe, & non per ſubſtitutos [f] compellantur obire officia, & Epiſcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti aſſiſtere, & inſeruire, atque in choro

a *arg. c. clerici. 21. q. 1. Dion. et Tho. Campeg. dd. locis.*

b *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.*

c *c. quia in tantum. de præb. & dignit. cap. cum ad hoc. ca. inter. de cleric. non reſid. cap. ſanctorum. diſt. 70.*

d *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.*

e *c. conquerente. ca. ex parte. ca. inter. ca. ex tuæ. c. ſi. de cler. non reſid. & ibid. DD.*

*Præbendę Canonicorũ perſonalem reſidentiam requirũt de iure.*

*Quamdiu Canonici ſingulis annis ab eccleſia abeſſe poſſint.*

f *arg. l. nullus. C. de decurion. Rebu. in prax. ben. par. 2. tit. de diſpen. de nõ reſiden. text. expreſ. in cap. adhæc. de præbend.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad pſallendum inſtituto hymnis & canticis Dominum reuerenter, diſtinctè deuotéque laudare. Verùm non præmiſſis, vel aliis à iure vel Sede Apoſtolica non permiſſis plura obtinent beneficia, videant ne iniquitas mentiatur ſibi, néue ſuam ambitionem, ſaſtum & luxum, iſtiuſmodi coloribus obducant, qui, etſi fucum aliquem apud homines facere poſſunt, apud Deum item, qui cùm tempus acceperit, ipſe iuſtitias iudicabit, cuius oculis omnia nuda ſunt, & aperta.

*a Dio. Richel. d. art. 24.*

*R. D. Ioã. Baptiſtæ Langhei I. V. D. Præpoſiti ſancti Petri Caſletenſis factum memorabile.*

Oblata hac de beneficiorum pluralitate loquendi opportunitate, ſilẽtio præterire non poſſum inſigne & præclarum Felic. recor. & memoriæ R. D. Ioan. Baptiſtæ Langhei I. V. Doctoris clariſſimi, & doctiſſimi, Canonici metropolitanæ eccleſiæ Mechlinienſis & Archiepiſcopi eiuſdem Ill^mi^ Cardinalis Granuellani Officialis factum, perpetua memoria, commendatione, ac imitatione ab omnibus plura beneficia residentiam requirentia habentibus digniſſimum: in qua occaſione à maleuolis, & inuidis varias calumnias & detractiones ſumus paſſi. Itaque quia cenſore D. Augustino[b], qui conſcientiæ ſuæ confidens famam negligit, crudelis eſt; propterea quòd hæc propter proximum, illa propter nos ſit neceſſaria; rem omnem, vt geſta eſt, verè, & ſincerè narrabo.

*b in reg. de vit. com. cler. & in c. nolo. 12. q. 1. c. non ſunt audiendi. 11. q. 3. Crudelis eſt, qui confidens conſcientiæ ſuę negligit famam ſuam.*

Cùm Reuerendiſſimus noſter D. Epiſcopus Iprenſis ex ſancta Tridẽtina Synodo ad diœceſim ſuam reverſus eccleſiam collegiatam ſancti Petri Caſletenſis viſitaret, inuenit multos in illam irrepſiſſe abuſus: quos reformare ſtudenti reſponſum à Decano & Capitulo fuit; à capite inchoandam eſſe reformationem, & frustra laborare, quamdiu capitulares, tanquam oues errantes, & balabundæ, ſine paſtore relinquerentur. Quæ reſponſio cùm illi videretur iuri, & rationi conſona, (licet quibuſdam ſuſpicionem injiceret, quod ea ſe tanquam ſpecioſo, & firmo clipeo, contra prædictam reformationem tueri vellent) cupiens prædicti concilij Tridẽtini decreta exequi, & in obſeruantiam deducere; omni cura, ſtudio, & diligentia monuit & requiſiuit prædictum D. Langheum tunc præfatæ eccleſiæ Præpoſitum, & paſtorem, vt perſonaliter ad re-

deat

ſtudum in eccleſia ſua, eiuſque abuſus reformandum, vel pręter; vel præpoſituram ſuam reſignaret in idoneũ, qui in eadem reſideret. Quæ poſtulatio etſi Reuerendiſſimo Epiſcopo tam procul petenda videbatur, vt nunquam impetrari poſſe putaret, & hoc ageret, vt cum de reſidentia illius ſibi nulla ſpes affulgeret, ſub penſione honeſta, & moderata alicui, qui conuenientem curam Decani & Capituli habere poſſet, præpoſituram ſuam renuntiaret; eique virum egregium D. ac M. Liuinum Menſſonium Gandauenſem iuris canonici Licentiatum nominaſſet, & commendaſſet; D. Langius ardenti deſiderio reformationis accẽſus, eo non contentus, licet penſionem non exiguam obtuliſſet, R. P. Balduino Lupo ſacræ Theologię Doctori Priori Carthuſianorum Mechlinienſium ſuo confeſſario, (nuper ab hæreticis Mechliniæ in occupanda iſta ciuitate occiſo) de idoneo ſucceſſore inueniendo negotium dedit. Hic verò, quo quàm citiſſimè, & optimè iſtud perfici poſſet, R. P. Franciſco Larrouſſio Brugenſi Societatis Iesv ſibi doctiſſimo & familiariſſimo, ac optimis quibuſque notiſſimo Louanij habitãti cauſam hanc ſubdelegauit. Qui dum fortè fortuna, vel vt verius dicatur, Deo ſic diſponente, mecum Louanij apud M. Ioannem Schelkens collegij noſtri VVinckeliani Quæſtorem repotia celebraret, & me (quicum nulla ipſi vnquam prius familiaritas fuerat) præ cæteris minus hilarem, & iucundum cerneret: Domine, inquit, Præſidens, aliud habeo D. T. proponẽdum, quod magis puto vocationi tuæ conuenturum, quàm huiuſmodi repotia. Quo audito, ego illius verba, tanquam inter pocula dicta, nihil faciens tacui; & ipſe aliò vultum, & ſermonẽ ſuum conuertit. Poſtridie verò manè ad me veniens, ſuam commiſſionem ſibi datam mihi grauiter, latè, & ſeriò propoſuit, petendo ſibi deſuper à me reſponderi. Ego vero accepto termino conuenienti ad deliberandum, R. Patrem M. Adrianum Adriaenſonium Societatis Iesv presbyterum, & D. VVilmarum Bernarts iuris pontificij Profeſſorem primarium (vtrique intus, & in cute notiſſimus) atque alios viros pios, & doctos conſului, Qui, (licet Louanij mihi eſſet honeſtè proui-

 ſum,

ſum, & reipublicæ Chriſtianæ atq; eccleſiæ muni...
bus atque functionibus aliquem fortaſſe fructu...
tatem Dei gratia facere potuiſſem, animaduerten...
perpendentes pium hoc eximij D. Langhei propo...
& ſtudium ad eccleſiæ reformationem, nequa...
non alienum; ſuaſerunt, & hortati ſunt, vt oblatam...
tis præpoſituram acceptarē. Cùm igitur prædicto...
rouſſio narrarem, me nō audere iſtiuſmodi pruden...
& piorum virorū conſilio refragari, ſed eidem li...
obſecuturum, modò perſona mea D. Langheo pl...
vtpote illi nunquam viſa, & planè fortè incogni...
reſponſio mea cùm ad aures illius per R. D. Lo...
rem Carmelitarum relata eſſet, pleniorem de...
mea requirens notitiam, Louanium miſit Pa...
ſuum D. Robertum Langheum I. V. Licentia...
ſua tunc etiam liberali & gratuita reſignatione...
Canonicum eccleſiæ cathedralis Iprenſis ad di...
& ad amuſſim inquirendum, an qualitates, qu...
me requirebat, haberē. Quod dum factum eſſet...
niam vocatus ſum, vbi tunc ipſe mihi ſuū erga...
reformationem affectum, ſtudium, & zelum ...
tandē magna animi liberalitate & pietate, pur...
tis ſuam præpoſituram Caſſetenſem mihi obtul...
quod iuxta iuris, & ſacri concilij Tridentini di...
nem perſonaliter reſiderē, & in eccleſię reforma...
totus incumberē, hortans & ſuadens, vt nullis ...
egregiis & idoneis, ſimiliter reſidere volentib...
que me in reformationis negotio, ſuo conſilio, ...
lio iuuare poſſent, præbēdas conferrem, & ſi qu...
abſentia, aut negligentia peccatum eſſet, id ...
ſentia, & diligentia reſarcirem, & compenſarem...
labat: deniq; vt ipſius in ſacrificio miſſæ perpe...
mor eſſem flagitabat. Sed quia pater ſuus iſtā ...
turam, & alia plura beneficia eidem inſcio, & ...
imò pleraque eo adhuc puero acquiſiuerat; vo...
reſignationē experiri, nū ſalua illius gratia, a...
pace, illā facere poſſet. Verùm cùm poſt frequē...
pellationes, & preces intellexiſſet, id fieri nullo...
poſſe; pluris Dei, quàm ſui patris carnalis gratiā, ...
amorem faciēs, Ill$^{mo}$ Duci Albano harū prouin...

*Quibus legibus & conditionibus Authori huius libri reſignata fuerit ſua Præpoſitura.*

*Deo magis quàm parenti obediendum.*

per Belgium Moderatori ſupplicem libellum exhibuit, quem ex Gallico Latinum factum hic ſubijciendũ duxi.

Excellentię ſuæ omni cũ humilitate exponit D. Ioannes Baptiſta Langheus V.I. Doctor, Caſſeti collegiatæ eccleſię S. Petri Prępoſitus, & Archiepiſcopatus Mechlinienſis Officialis, ſibi iã annos aliquot de iſta Prępoſitura prouiſum fuiſſe, eiuſque munera & officia per Vicariũ peregiſſe: & animaduertens iam ſecundũ decreta & ſtatuta concilij Tridentini omnes dignitates, & beneficia curam animarũ habentia (qualis eſt prædicta Prępoſitura) requirere perſonalẽ reſidentiam; & vt ab idoneis atque dignis gubernentur: Ne qua in parte Orator ſuo deſuiſſe muneri, ac officio cenſeretur, præſertim ad hoc, in proxima eccleſiarũ Archiepiſcopatus Mechlinienſis viſitatione, ac reformatione, iampridẽ T. Excel. authoritate fulta, requiſitus; & eadem de cauſa per diuerſos à Rmo Epiſcopo Iprenſi ſuo diœceſano admonitus, omnem adhibuit diligentiã ad inueniendũ virum idoneũ; quo ſatisfacto inuenit admodum probatę vitæ, & exiſtimationis ſeu famæ Licentiatũ V.I. & eiuſdẽ publicum in alma vniuerſitate Louanienſi profeſſorem M. Ioannem Langhecrucium, de cuius moribus & qualitatibus Extia T. eiuſdẽ Academiæ Louanienſis teſtimonio hiſce adiuncto certior inſtructiorq; fieri poterit. In cuius gratiã & commodum prædictus Orator bono pioq; zelo, ſtudio, ac intẽtione, nihil aliud quàm ſolam Dei gloriam, eccleſiæ vtilitatem, ac reformationẽ, ſimul & conſcientiæ ſuæ exonerationem quærens (propterea quod fieri non poſſit, vt ipſe duobus in locis reſideat) deſiderat, eandem planè ſecum conſtituit prædictam Præpoſituram purè, ſimpliciter, & abſque compẽſatione, vel penſione quacumque reſignare, quò prædicto M. Ioanni eſſet facilior viuendi, & ſe continendi in hac ſua reſidentia modus, atque ratio. Quare Orator perfecturus hanc ſuam reſignationem humiliter petit, vt T. placeat Extiæ dicto M. Ioanni literas nominationis in huiuſmodi negotio neceſſarias, & præfato Capitulo Caſſetenſi deſtinandas concedere; ſibique celerem ac bonam vt T. Extia dignetur dare definitionem rogat, quatenus dictus M. Ioannes bono pioque animo,

ac in-

ac inſtituto ſe queat ad reſidentiam transferre, & eccle-
ſiæ de paſtore ante proximum & inſtans feſtum [illegible]-
nis prouideri: alioquin illo anno adhuc integrè [illegible]
ſtrabitur, ac deſtituetur, ſicut (quod inuitus [illegible]
annos pluſquam centum continuos caruit & deſti[illegible]
fuit, maximo ſuo præiudicio ac damno. Huic ergo [illegible]
ceſſitati ſi Ex$^{tia}$ T. conſuluerit atque ſuccurrerit, [illegible]
admodum pium fecerit.

*Copia ſeu exemplar literarum Vniuerſitatis Louan[illegible]*
*Illuſtriſſimum Ducem Albanum ſcriptarum, [illegible]*
*R. D. Langheus in prædicto ſuo ſupplici libell[illegible]*
*mentionem.*

ILl$^{me}$ Domine, Quandoquidem intelligimus [illegible]
gium D. Ioannem Baptiſtam de Langhe [illegible]
collegiatæ eccleſiæ S. Petri Caſſetenſis in [illegible]
Flandriæ vehementer optare, & conari, vt [illegible]
præpoſituræ cura exoneretur, eaque in M. Ioann[illegible]
longa cruce, auctoritate Regiæ Catholicæ Ma[illegible]
(ad quam eiuſdem Præpoſituræ collatio pertine[illegible]
feratur, non potuimus prætermittere, quin illuſtriſ[illegible]
excellentiæ veſtræ hanc dicti M. Ioannis de longa [illegible]
promotionem commendaremus. Vixit is in [illegible]
ſtra Vniuerſitate multis annis, & modeſtè, & [illegible]
ma virtute; in ſtudio artium promotus, libera[illegible]
diligenter aliquot annis docuit; & in iuris canonici [illegible]
ciuilis ſtudio ad Licentiæ gradum promotus, de[illegible]
Gratiani aliquamdiu publicè profeſſus, ad extra[illegible]
riam in iure ciuili profeſſionem publico decreto [illegible]
ſtratus huius oppidi aſſumptus ſumma cum [illegible]
profeſſus, & decreto facultatū vtriuſque iuris [illegible]
collegio aliquot ſtudioſorum in iure præfectus [illegible]
vt ex hac modeſtiæ, ſtudiorum, laborum, proc[illegible]
& profeſſionum continuatione, eum, vt ma[illegible]
honoribus, & hac noſtra commendatione dign[illegible]
quoque maioribus oneribus, cuique dictæ eccleſ[illegible]
poſitura, etiam his turbulentis temporibus [illegible]
mitti poſſit, idoneum, & aptum exiſtimemus. [illegible]
tes ob id illuſtriſſimam Excellentiam veſtram, [illegible]
noſtra cõmendatione adiutus dictus M. Ioannes [illegible]

huius promotionis progreſſum & expeditionem apud eandem V. Ill$^{am}$ Ex$^{am}$ obtineat. Nos pro tanto beneficio Deum Opt. Max. pro ſereniſſimæ Catholicæ Regiæ Maieſtatis, illuſtriſſimæque Excellentiæ veſtræ incolumitate, ac proſperitate obnixè orabimus. Louanij 13 Maij, anno 1568. Infra ſcriptum erat: Veſtræ illuſtriſſimæ gratiæ addictiſſ. Rector, & Vniuerſitas ſtudij generalis oppidi Louanienſis.

Hiſce ſupraſcriptis ab illuſtriſſima ſua excellentia viſis, & intellectis, non obſtante quorundam aulicorum maximæ auctoritatis interceſſione prædictam reſignationem impedire conantium, mandauit ſtatim, has expediri literas in huiuſmodi negotio requiſitas.

PHILIPPVS Dei gratia Rex Caſtellæ, Leonis, Aragoniæ, Nauarræ, Neapolis, Siciliæ, Maioricæ, Sardiniæ, Inſularum Indicarum, & terræ firmæ maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ, Geldriæ, & Mediolani, Comes Hasburgi, Flandriæ, Arteſiæ, Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Princeps Suauiæ, Marchio ſacri imperij, Dominus Friſiæ, Salinarum, Mechliniæ, ciuitatis, villarum & patriæ Traiectenſis, Tranſinſulanæ, & Groeningiæ, Dominator in Aſia & Africa. Venerabilibus noſtris charis & dilectis Decano, & Capitulo collegiatæ eccleſiæ S. Petri noſtri oppidi Caſletenſis in noſtra prouincia, & comitatu Flandriæ ſalutem & dilectionem. Quoniã venerabilis noſter charus & perdilectus Dn. Ioannes Baptiſta Langheus V. I. Doctor, prædictæ eccleſiæ collegiatæ S. Petri Præpoſitus, & Officialis Archiepiſcopi Mechlinienſis, certis bonis de cauſis animum eius mouentibus, nobis curauit ſignificari, ſe vehementer deſiderare præfatam Præpoſituram dimittere, reſignare, & transferre in fauorem M. Ioannis Langhecrucij V. I. Licentiati, & eorũdem publici in noſtra Vniuerſitate Louanienſi Profeſſoris, ac idcirco humillimè rogans, vt benignè velimus id conſentire, & ſibi, atque M. Ioanni Langhecrucio literas noſtras patentes in huiuſmodi negotio requiſitas impartiri: certiores vos facimus, quod his conſideratis,

& quod

& quod ad nos tanquam Comitem Flãdriæ pertin
ſolicitam & diligentem adhibere curam, vt in
Prælaturis & dignitatibus inferioris Germaniæ
dicta Præpoſitura eſt vna noſtri Comitatus F
prouideatur de viris bonis, doctis, catholicis,
ſatis qualificatis ac idoneis, præcipue hoc tempor
periculoſo, maximè ad tuendum & conſeruandum
cleſias, earumque ſubditos in catholica religione
debitè inſtructi de qualitate, idoneitate, bona, &
tholica vita ipſius Langhecrucij, ad ſupplicem
ac petitionem D. Ioannis Baptiſtæ Langhei fauor
liter inclinati conſenſimus, & permiſimus,
mus & permittimus per has præſentes, vt quan
que ipſe voluerit, poſſit & poterit purè,
& aliter canonicè renuntiare, dimittere, &
prædictam Præpoſituram Caſſetenſem, in fau
vtilitatem præfati M. Ioannis Langhecrucij.
à vobis requirimus, & ordinamus, vt cùm D.
Baptiſta Langheus præfatam Præpoſiturã Ca
ad manus veſtras reſignauerit, & per vos ad no
turi Præpoſiti electionem proceſſum fuerit,
accipiatis prædictum M. Ioannem Langhecruciu
quam perſonam ad hoc habilem, capacẽ, & no
tam, & ipſi aſſignetis locum in choro præfat
ſiæ, & alibi conuenientem, obſeruatis ſolen
in huiuſmodi negotio requiſitis & adhiberi ſol
terea conceſſimus præfato M. Ioanni Langh
quod poſſit ſuper his à Sanctiſſimo Patre noſtr
Epiſcopo diœceſano, loci Ordinario, vel alio Sup
impetrare confirmationis bullas Apoſtolicas,
uiſiones, vel alia munimenta qualia requirentur
debitæ mãdare executioni, ac illorum virtute ac
& apprehendere realem, & actualem poſſeſſion
fatæ Præpoſituræ, ſimul & fructuum, atque iur
illam pertinentium, ſicut opus fuerit, non exp
aliis noſtris literis nominationis, vel placiti, qu
præſentibus. Quare mandamus noſtris charis,
libus primario Præſidi, & Senatoribus noſtroru
uati & magni conciliorum, Præſidi & Conſiliar
natus Flandriæ, & omnibus aliis noſtris iuſtitia

cu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ribus, & officiariis, vt hoc noſtro diplomate, & nſa, ſecundum modum & formam præmiſſam, ant, patiantur, & permittant prædictum M. Ioanm Langhecrucium plenè, ac pacificè gaudere, vti & a. Nullum illi faciendo, ponendo, vel dando, neque mittendo fieri, poni, vel dari obſtaculum ſeu impemmentum, quò minus præmiſſa ſuum ſortiantur effectum: Quia nobis ita placet. Datum in oppido noſtro Bruxellenſi, decimoſexto die menſis Iunij, anno grallesimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, noſtrorum regnorum ſcilicet Hiſpaniarum, Siciliæ, &c. decimo, & Neapolis decimoquarto, & infra ſcriptum: *Per Regem.* & ſubſignatum: *Vander Aa.*

Quas literis à R. D. Langheo acceptis, viſis, & leque vlla dilatione, & mora, anno Domini 1568. menſis Iunij die decimanona conſtituit, & ſolenniter equauit certos, & legitimos procuratores ad ipſius nomine antedictam ſuam præpoſituram Caſletenſem manus Decani, & Capituli ipſius eccleſiæ, ac cuiuſcunque alterius ad id poteſtatem, & auctoritatem habentis reſignandum, & dimittendum, & ad huiuſmodi reſignationem & renuntiationem recipi, & admitti ndum, iurandumque in animam ipſius, quod in reſignatione huiuſmodi, cæteriſque præmiſſis non interuenisset, nec interueniret fraus, Simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, aut corruptela. Facta autem reſignatione die 23. Iunij anno præſcripto, mox ſubſecuta eſt electio, eiuſque confirmatio die Septemb.

Quid quæſo, in hiſce poteſt eſſe reprehenſio-, detractione, & calumnia dignum? An non omnia & ſingula laudibus, encomiis, & imitatione ſunt digniſſima? Si de quoquam, certè, & vel de hoc R. D. Langheo dici, eique accommodebet illud Sapientis [a]: Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Quàm multi mihi congratulati ſunt, & laudarunt actiones meas, quod iſta dignitas à multis (magna etiam

[a] Eccleſ. 31.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam oblata penſione) expetita, & hactenus à Comi-
tum, Baronum, aut ſummo loco natorum filiis poſſeſ-
ſa, mihi non ambienti, non expectanti, vltrò & de
improuiſo, ac præter omnium expectationem [illegible]
dormienti obuenerit, & vt eam acceptare [illegible]
quenter ab ipſo D. Præpoſito Langheo rogatus ſim.
Qui hoc ſuo facto ſummam apud omnes pios, [illegible]
bos conſecutus eſt laudem: apud vulgus verò [illegible]
præter gloriam, incredibilē ſui reliquit admiration[em]
quòd in ea ſemper ſolet eſſe opinione, vt [illegible]
mum ſibi haberet, vix vnum, plura habētem benefi[cia]
etiam incompatibilia inueniri poſſe, qui liberè, [illegible]
ſimpliciter, gratuitò, & abſque vlla omninò [illegible]
& ſpe compenſationis, vel minimum reſignatio[nis]
ficiorum, cùm hic tantam, talemque dignita[tem]
illi pater penſione ducentorum florenorum [illegible]
rat, purè, & gratis renuntiauerit, idque non [illegible]
bus, & conditionibus, quàm ſuprà narratum [illegible]
piiſſimis, & ſanctiſſimis.

Poſſet tamen non vſque adeò magni [illegible]
gnatio, ſi in nepotis, vel ſanguine iuncti, aut famil[iaris]
& neceſſarii, aut nobil[is] alicuius, & præpotent[is]
gratiam facta eſſet. Nunc verò cùm me hominem [illegible]
ſibi vel conſanguinitate, vel affinitate, vel famili[arita-]
te, vel officio deuinctum, imò prorſus ignotum, [illegible]
num, nec antea vnquam viſum, non potentia, [illegible]
ſtemmatibus clarum ad illam promouerit, quis [illegible]
non illius miretur, & laudet ingenium, volunta[tem]
ſtudium? Quis non illius prædicet ſanctitatem [illegible]
plectatur pietatem, extollat liberalitatem? [illegible]
immoderata, & effrænata cupiditate quam [illegible]
πλεονεξίαν vocant, victoriam; & ſingularem [illegible]
ipſo ſacrorum canonū & SS. Tridentinæ Syno[di]
dientiam laudibus in cælum euehat? A qua [illegible]
ſionibus, ſuggeſtionibus, hortatibus, depreca[tionibus]
poſtulationibus, imò ne minis quidem pater [illegible]
ci, & dimoueri potuit.

Sed quorſum omnia iſta cogitabit quiſpiam [illegible]
à nobis dicuntur ſtudio, quod optemus illum [illegible]
plurimos huius ſui ſancti, & eximij facti habere i[illegible]

ores, & præcones, & vt omnes cognoſcant, quis, & qualis noſter in hanc eccleſiam fuerit ingreſſus, vt eo cognito deſinant maleuoli, & inuidi nobis maledicere, mordere, detrahere, & famam, atque nomen noſtrum neſcio quibus non calumniis proſcindere, cùm omnibus ſeriò, & diligenter nobiſcum examinatis, & perpenſis, plus in hac dignitate oneris, plus triſtitiæ, & ſolicitudinis nobis imminere præuiderim, quàm honoris, gaudij, & ſolatij; ſicut etiam ipſo die, quo in poſſeſſionem eiuſdem inductus ſum, corā Decano & Capitulo noſtro prædixi. Quocirca magis, & veriùs licuit cum D. Paulo [a] pro dicto inaugurationis noſtræ vſurpare: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem ſaluati, & liberati ſumus. Hoc præſagiū, atque omen noſtrum fuiſſe veriſſimum, lippis, & tonſoribus Caſleti notiſſimum eſt, & longè, lateque ſparſum, & divulgatum: Ita vt R^mus D. Epiſcopus Buſcoducenſis D. Laurentius Metzius ſua ſingulari humanitate, clementia, & miſericordia noſtri motus diuerſis vicibus honorificam, & magnificam in eccleſia ſua cathedrali obtulerit prouiſionem. De qua maximas illi egi, & habui gratias. Licet enim aduerſa, & aſpera multa hic paſſus ſim, tamen quia Deo iuuante, & R^mo Epiſcopo Iprenſi, eiuſque Vicario generali D. Anthonio Vlaminck iuſtitiā rectè & debitè adminiſtrantibus, illa conſtanter perferendo, obdurui, & inter ſpeccos iam quaſi robur factus videor; in memoria perpetuo verſans illud quod Chriſtus diſcipulis ſuis dixit [b]: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et illud poëtæ: Perfer, & obdura, dolor hic tibi proderit olim: Sæpe tulit laſſis ſuccus amarus opem. Stat ſententia, & decreui, maleuolorum inuidia, odio, calumniis, incommodis, & difficultatibus, quibus premor, vexor, & obruor, ſpretis, & contemptis, R.D. iſtum Ioannem Langheum, prædeceſſorem noſtrum ſua ſpe de me concepta non fruſtrari; Deum Opt. Max. ſæpe orantem cum D. Auguſtino his verbis: Domine hic ſeca, hic vre, vt in æternum parcas: duntaxat mihi præſtes patientiam tibi placentem, & mihi neceſſariam, vt in ea animam meam poſſidere queam. Quamuis enim

a Galat. 6.

b Lucæ 21. cap.

cauſas habeam legitimas, propter quas eccleſiam re-
quere, & eiurare poſſem, tamen quia illam ſponſam
duxi, & accepi; atque vt illum meũ prædeceſſorem D.
Langheum omni honore, reuerẽtia, fide, & amore
ſequar, quamdiu ſpiritus meos reget artus, firma va-
letudine fuero, & Deus hanc in me voluntatem, & ſe-
tentiam confirmabit, illam non reſignabo, nec dimitt
niſi hæreticorum, vel aliorum aduerſariorum p
tione coactus, vel pio, & bono prudentiorum co
inductus, & perſuaſus; præſertim cùm iam vel
quodammodo mihi ſit in meis tribulationibus &
ctionibus, tãti viri me eſſe ſucceſſorem. Qui anno
1572. mẽſe Auguſto pridie quàm Mechlinia à Prin
Auriaco occuparetur, hæreticorum, & malevolorum
manibus elapſus Dei gratia & auxilio, poſtea
Septembri Romam profectus eſt; ibique cum m
aliquot fuiſſet; & Mechlinia ab Illuſtriſſimo D
bano Belgij, exercituſq; Regiæ catholicæ M^tis
recuperata, & in priſtinũ ſtatũ reſtituta, ad eccleſiam
